Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Bucolica Francisci petrarchi

https://hdl.handle.net/1874/461212

# Bucolica Franciſci petrarchi

Campbell 1384

Viri pclariſſimi atqꝫ inſignis Franciſci petrar
che de florētia Rhomæ nup laureati bucolicum
carmen incipit in xij æglogis diſtinctum .quarū
prima ītitulatur Parthenias Collocutores autē
Siluius et Monicus

Monice trāquillo ſolꝰ tibi ꝯditꝰ antro Silui
Et gregis et ruris potuiſti ſpernere curas
Aſt ego dumoſos colles ſiluaſqꝫ pererro
Infœlix Quis fata neget diuerſa gemellis
Vna fuit genitrix at ſpes non vna ſepulcri.
Silui quid qreris. cunctorum vera laborum Moni.
Ipſe tibi cauſa es. Quis te per deuia cogit.
Quis vel inacceſſum tanto ſudore cacumen
Montis adire iubet vel per deſerta vagari.
Muſcoſoſqꝫ ſitu. ſcopulos fonteſqꝫ ſonantes
Hei mihi ſolus amor. ſic me venerata benigne Silui
Aſpiciat ſpes noſtra pales. Dulciſſimus olim
Parthenias mihi iam puero cantare ſolebat
Hic vbi benachus vitrea pulcerrimus aluo
Perſimilem natum fundit ſibi. Venerat ætas
Fortior. audebam nullo duce iam per opacum
Ire nemus. nec luſtra feris habitata timebam
Mutatamqꝫ nouo frangebam carmine vocem.
Aemulus et famæ dulcedine tactus inanis.
Ecce peregrinis generoſus paſtor ab oris
Neſcio qua de valle canens nec murmure noſtro

Percuſſit flexitq; animum. Mox omnia cœpi
Temnere: mox ſolis numeris ⁊ carmine paſci
Paulatim creſcebat amor. Quid multa? canendo
Quod prius audieram didici muſiſq; coactis
Quo mihi parthenias biberet de fonte notaui
Nec minus eſt ideo cultus mihi. magnus vterq;
Dignus vterq; coli. pulchra quoq; dignus amica.
Hos ego cantantes ſequor. et diuellere memet
Nec ſcio. nec valeo. mirorq; ꝙ horrida nondum
Silua: nec aerij cœperunt currere montes.
Verum vbi iam videor collectis viribus olim
Poſſe aliquid ſoleo de vertice montis ad imas
Ferre gradum valles. vbi fons mihi ſæpe canenti
Plaudit. ⁊ arentes reſpondent v̄diq; cautes.
Vox mea non ideo eſt grata mihi carmina q̄q;
Laudibus interdum tollant ad ſidera nymphæ.
Dum memini quid noſter agat quid ve aduena paſtor
Vror ⁊ in montes flāmata mente reuertor
Sic eo ſic redeo nitar ſi forte camœnæ
Dulce aliquid dictare velint. quod collibus altis
Et mihi complaceat. quod lucidus approbet æther
Non raucæ leue murmur aq̄. nec cura nec ardor
Defuerint. ſi fata viam ⁊ mens tarda negarit
Stat germane mori. noſtroꝝ hæc ſumma laboꝝ

O ſi forte qneas durum hoc tranſcendere limen
Quid refugis? turpeſq; caſas ⁊ tuta paueſcis
Ocia: quid frontem obducis. nemo antra coactus

Noſtra petit.plures redeunt a limine fruſtra.
Non pauor hic animi fuerat.ſi forſitan aures Sil
Dulcibus aſſuetas in amœna ſilentia tangunt
Miraris:natura quidem fit longior vſus:
O iterum breue ſi mecū traducere tempus Moni
Contingat.ſileatq; fragor rerumq; tumultus.
Dulcius hic quanto media ſub nocte videbis
Pſallere paſtorem.reliquorum obliuia ſenſim
Ingeret ille tibi.non carmen inane negabis
Quod modo ſollicitat quid te ſuſpendit hyantem:
Quis queſo aut quonam genitus ſub ſidere paſtor Sil
Hoc queat:audiui paſtorum carmina mille:
Mille modos.quenq; noſtris æquare caueto
Audiſti quo monte duo fons vnicus edit Moni
Flumina ſiue vbinam geminis ex fontibus vnum
Flumen aquas ſacrumq; caput cum nomine ſumit:
Audiui vt quondam puer hiſpidus ille nitentis Sil
Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.
Fœlices nymphæ quæ corpus tangere tanti
Promeruere dei.Fluuius ſi vera loquūtur
Per cinerum campos vltricibus incidit vndis.
Hunc igitur dulci mulcentem ſidera cantu Moni
Illa tulit tellus.licet experiare.iuuabit.
Ego noui hominem ciues & mœnia paruæ Sil
Sæpe hieroſolyme memorat nec vertitur inde.
Semper habet lachrymas.& pectore raucus anhelat.
Hi rhomam troyamq; canunt et prælia regum

Quid dolor et quid amor poſſit. quid ve impetus iræ
Qui fluctus ventoſqꝫ regat qui ſpiritus aſtra.
Nec non ⁊ triplicis ſortitos numina regni
Expingunt totidem varia ſed imagine fratres:
Sceptiferum ſummum iouem facieqꝫ ſerena.
Inde tridentiferum moderatoremqꝫ profundi
Ceruliūqꝫ comas medium fuſcumqꝫ minorem.
Torua latus ſeruat cōiunx. aterqꝫ paludis
Nauita tartareæ piceas redit itqꝫ per vndas.
Tergeminuſqꝫ canis latrat: tum dura ſeueris
Penſa trahunt manibus fixa ſub lege ſorores.
Quin etiam ſtygias æterna nocte tenebras
Anguicomaſqꝫ ſimul furias templumqꝫ forumqꝫ
Tum ſiluas ⁊ rura canunt atqꝫ arma viroſqꝫ
Hic vnum canit ore deum quem turba deorum Moni
Victa tremit cœlum nutu qui temperat almum
Aethera qui librat liquidum. qui roris aceruos
Quiqꝫ niues ſpargit gelidas et nube ſalubri
Elicit optatos herbis ſitientibus hymbres
Qui tonat et trepidum rapidis quatit aera flammis
Tempora ſideribus qui dat ſua ſemina terris.
Qui pelagus fluitare iubet. conſiſtere montes
Qui corpus mentemqꝫ dedit. quibus addidit artes
Innumeras geminum cumulans ab origine munus
Qui vitæ mortiſqꝫ vices. quæqꝫ optima feſſos
Fert ſuper aſtra viam docuit. repetitqꝫ mouendo
Hunc meus ille canit. neu raucum dixeris oro

Argus
Vox ſolida eſt penetranſq; animos dulcore latenti
Iure igitur patrijs primum celebratus in aruis
Attigit et veſtros ſaltus latæq; ſonorum
Nomen habet. Quæ rura padus quæ tybris et aruꝰ
Quæ rhenꝰ rhodanuſq; ſecāt. quæq; abluit æquor
Omnia iam reſonāt paſtoris carmine noſtri.
Experiar ſi fata volent. nūc ire neceſſe eſt. Sil
Quo precor? aut quis te ſtimulꝰ q̄ cura perurget? Moni
Urget amor muſæ. quoniam modo littore in aphro Sil
Sidereum iuuenem genitumq; ex ſtirpe deorum
Fama refert magnis implētem paſcua factis.
Te polymphœ me tuis iam inſtrauiſſe ſub antris
Dicitur. ⁊ libicos ſiluis pepuliſſe leones.
Luſtraq; ſubmiſſis audax incendere flammis
Hunc ſimul italideſq; nurus pueriq; ſeneſq;
Attoniti aduerſo certatim a littore laudant.
Carmine fama ſacro caret hactenꝰ. ⁊ ſua virtus
Premio depoſcit. pauitās ego carmina cœpi
Texere. temptabo ingenium. Vox forte ſequetur
Orphea promeritum modulabor arundine parua
Iſoſpes. varioſq; viæ circumſpice caſus Mar

**Parthenias explicit Aeglogæ ſecūdæ titulꝰ eſt argus Colloquutores Ideus phyptias ⁊ Siluius**

Aureus occaſum iā ſol ſpectabat. equoſq; ydeus
Pronū iter vrgebat facili trāſmittere curſu.
Nec nemorum tantam ꝑ ſæcula multa quietem
Viderat vlla dies. paſſim ſaturata iacebant

Armenta.et lenis paſtores ſomnus habebat
Pars teretes baculos pars nectere ſerta canendo
Frondea.pars agiles calamos.tunc fuſca nitentem
Obduxit phœbum nubes.pceplq̃ repente
Ante expectatum nox affuit.horruit æther
Grandine terribili.certatim ventus et hymber
Sæuire.et fractis deſcendere fulmina nymbis.
Altior æthereo penitus cõuulſa fragore
Corruit.et colles concuſſit ⁊ arua cupreſſus
Solis amor quondam.ſolis pia cura ſepulti.
Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum
Solis amor.vicitq̃ pium ſors dura fauorem:
Præſcius heu nimium vates tu phœbe fuiſti.
Dum ſibi dumq̃ aliis erit hæc lachrymabilis arbor
Dixiſti.Ingenti ſtrepitu tremefacta ruinæ
Paſtorum mox turba fugit quæcũq̃ ſub illa
Per longum ſecura diem cõſederat vmbra.
Pars repetit montes tuguri pars limina fidi
Pars ſpecubus terræq̃ caput ſubmittit hianti.
Siluius et phytias ſcopulum fortaſſis eundem
Præcipiti petiere gradu.geminiſq̃ cauernis
Occuluere animas trepidi nec pauca gementes
Poſt vbi laxatis tempeſtas fracta parumper
Nubibus ⁊ cœli ſiluerũt murmura feſſi
Incipit illachrymãs phytias o Iuppiter alme
Si ſcelus hoc noſtrũ meruit ſi ruſtica ſordet
Paſtorũ pietas filiꝰ ignoſce precamur

Innocui miſerere gregis. Meliorq; capellas
Collige diſperſas. teneris ſignata labellis
Ubera te moueant. niſi forte obliuia lactis
Illius aſtrigere nectar tibi ſuggerit aulæ.
De grege nempe fuit nutrix tua. Talia quæſtus
Subticuit pectuſq; manu percuſſit ⁊ ora.
Siluius audita rupis de parte q̄rela
Nam neq; ſe coram cernebant obice paruo
Præteritæ ſilicis ramoq; comante dirempti
Concuſſa ſic mente refert gemitumq; coercens.
O phytia phytia fateor ſic aſtra minari Sil
Iam pridem aduerti poſtq̄ flām̄antia martis
Lumina ⁊ hymbrifera ſaturnum parte morantem
Obſeſſumq; iouem ⁊ venerem tranſuerſa tuentem
Sibila ventorum poſtq̄ peregrina notaui.
Nonne procul nebulas limo exhalante paluſtri
Surgere ⁊ in noſtrum delatas vidimus axem
Nonne grues profugas turpeſq; ad littora mergos
Num coruos fulicaſq; vagas num ſidera mœſta
Uidimus ⁊ nymbo velatam abſcedere phœben?
Tum quæ multa olim naſcentis ſigna procellæ
Siluicolæ cecinere ſenes. ſed ferre neceſſe eſt
Hæc eſt vita hominum phytia. ſic læta dolendis
Alternat fortuna ferox. Eat ordine mundus
Antiquo. nobis rerum experientia proſit.
Quo grex cumq; miſer ruerit conſiſtere certum eſt
Care mihi in primis ⁊ ſemꝑ maxime ſilui Phy

Reſpondit phitias oculos te conſule tergam
Tu modo ſi quid habes damni ſolamen acerbi
Tempeſtiua graues releuent obliuia caſus.
Immo ait ille tuū eſt quæ cōdita carmīa ſeruas Sil
Mecum partiri. daphnis paſtoribus olim
Et tibi nunc ingens merito cantabitur argus.
Quid tibi non nobis phitias. num tu quoq; carmen
Argeu; vocitare libet nimis omnia celas
Incipe forte ſequar: niſi vox tua terreat inquit
Siluius: ille alta fregit ſuſpiria voce.
Arge decus rerum ſiluæ dolor arge relicte Ph
Hæc licuit rapidæ ſacræ de corpore morti
Hæc auſa eſt tellus. Te qui ſtellantis olympi
Jam ſolus ſpectator eras humus obruit atra:
Quo fauor et noſtri rediit quo gloria ſæcli:
Quis tempeſtates prænoſcet ab æthere longe:
Quis mihi voce feras quercuſq; et ſaxa mouebit:
Aut longam dulci traducet carmine noctem:
Quis terrebit apros: quis tendet retia damis:
Quis viſco captabit aues: quis flumine mergens
Ab miſeras curabit oues: quis ſacra cybeles
Atq; humilem admeti famulantem in gramina phœbū
Rite canet: quem nocturnus trepidabit abactor.
Quem noſcent dociles alta ſub rupe capellæ.
Quem vigiles fidiq; canes: quem dulcis amica.
Quis mihi ſolemnes ſtatuet per littora ludos
Inſuetam patrio renouans ex more paleſtram

# Argus

A quo conſilium dubij diuinaqꝫ late
Siluestres reſponſa ferent. quis tempore in arcto
Supplicibus p̄ſtabit opem pulcherrime quondam
Arge amor ac luctus dryadum quid ſilua quid antrum
Quid ſine te colles. Et poſt te viuere quiſquam
Aut volet aut poterit. Paſtores credite mors eſt
Viuere poſt argum. Jam nunc areſcere circum
Stangna. lacus. fontes. ipſumqꝫ videbitis equor.
Spūs alter erit ventis. color alter in herbis.
Floribus alter odor. Solitos nec poma ſapores
Seruabant. nec prata comas. nec flumina limphas,
Vellera nec pecudes. nec opimas campus ariſtas
Omnia nāqꝫ oculis vnus nec fallimur ille
Lætificare ſuis et fœcundare ſolebat.
Illo ſilua fuit ſemper ſub principe tuta.
Pax inerat fronti. purgabat nubila verbo.
Ille abijt fortuna ſuos mutata fatigat.
Extorques lachrymas nec iā mihi viuere dulce ē Sil
Poſt argum ſed viuaci parcbimus aſtro
Effugies agnoſco nuſquā ſine carmine ſilui Phy.
Si libet ire cane. poſt. I. tua damna recenſe.
Paſtor rex argus erat cui lumina centum Sil
Lyncea cui centum vigiles cum ſenſibus aures
Centum artes centumqꝫ manus centumqꝫ lacerti.
Lingua ſed vna fuit. cum qua rupeſqꝫ feraſqꝫ
Flecteret et fixas terræ diuelleret ornos.
Ille diu clarus ſiluis perqꝫ omnia notus

Paſcua.formoſis cantatus vbiqꝫ puellis.
Mille greges niueos paſcens per mille receſſus
Poſtqꝫ pertęſum eſt nemorum longiqꝫ laboris
Irrediturus abit.volucriqꝫ per auia ſaltu
Euolat in montes.Illinc de vertice ſummo
Deſpicit ⁊ noſtras curas noſtroſqꝫ tumultus.
Regnataqꝫ videt quanta eſt anguſtia ſiluæ.
Alloquiturqꝫ iouem.⁊ viduū cōmendat ouile
Arge vale.nos te cuncti mora parua ſequemur
His dictis abeunt patrij ſulmonis ad arua
Contendit phytias.ſiluas petit alter hetruſcas.
Solus ego afflicto mœrens in littore manſi

Argus explicit Aeglogæ tertiæ titulus Amor Paſtorius Colloquutores Stupeus et Daphne

HEcq̄s erit p̄cib⁹ finis mea cura fugaxqꝫ Stupe⁹
Fige pedem daphne p̄cor ⁊ miſerere tuorum
Quæ phœbū ſpreuit quē nō ſpretura putet̄ Daphne
Quære alias curas ſis importunus amando
Hinc labor hinc amor exagitāt.cogūtqꝫ trementē Stu
Interrupta loqui.ſit reſpirare parumper
Vis dolus inſidiæ ceſſant depone pauorem
Et noſtros audire ſedens dignare labores
Pare igit̄.cupidaſqꝫ manus frenare memento Da
Daphne ego te ſolam deſerto in littore primum Stu
Aſpexi dubius hominem ne deam ne viderem.
Aurea ſic rutilo fragrabat murice palla
Sic cœlum late inſolito complebat odore.

Dulcia ſidereas iactabant ora fauillas.
Ardenteſqꝫ comas humeris diſperſerat aura.
Dirigui. ſol cum radijs certabat iniquo
Marte tuis. totum non noſtro lumine corpus
Fulgebat. timuiqꝫ deos ne forte videndo
Arderent raperentqꝫ prius ꝙ vulnera noſſes
Noſtra vel occultos incenſi pectoris ignes.
Accedo cupienſqꝫ grauis primordia morbi
Pandere vix ſicco vocem pulmone reuulſi
Acris inexpletum vultu indignante locuta
Effugis. inceſſus docuit nam verba profundo
Inſedere animo. et liquidis heſere medullis.
Exilio lachrymæ et miſerum ſuſpiria pectus.
Flatibus aſſidnis tundunt atqꝫ hymbre repenti
Tu tandem quæ ſola potes miſerere modumqꝫ
Pone malis. ſi iuſta peto ſi cognita narro.

Quot placuit mea forma viris. quot torſit amãtes **Da**
Dinumerare piget. placuit ſuper omnia phœbo.
Aureus ille comam nitido ſpectabilis arcu
Ingenio citharaqꝫ potens. ioue patre ſuperbus
Spretus et indignans abijt. ſtat conſcia. curui
Ripa ſenis. memorantqꝫ patris ſub gurgite nymphæ
Tu quid habes quo poſſe putes hoc frangere ſaxum

Quiſquis amore voles ſolido trãquill⁹ et alta **Stu**
Pace frui maiora fuge et nimis alta caueto
Illic contemptus et iurgia mixta querelis
Atraqꝫ perpetuis bacchantur nubila ventis

Quin etiam vitare pares licet obſtrepat error
Publicus admoneo.fidum tibi iunge minoris
Pectus vbi obſequium pernox humileſqꝫ viciſſim
Blandiciæ dulciſqꝫ timor res cognita paucis:
Alta petunt omnes.vtinam mihi tale dediſſem
Conſilium.ſed cogit amor.perqꝫ ardua victum
Luctantemqꝫ rapit.victor fuit ille deorum.
Molliaqꝫ herculeis aptauit penſa lacertis.
Tu cui libertas ſalua eſt tibi conſule daphne
Conſilium laudo.ſꝫ enĩ quæ prima petebam Da
Prima taces ſpes ſumma tuos quæ nutrit amores.
Prætereo quæcũqꝫ trib⁹ mea pectora luſtris Stu
Ingenti ſiluere ſide gemituſqꝫ latentes
Et vigiles noctes ⁊ quæ fert plurima ſecum
Immitis dum ſæuit amor.quæ forte benigno
Iudice ſint aliquid.tamen hæc periiſſe ſinamus
Sic erit.attulerit tales mihi vita labore
Debitus incautæ fuerit furor iſte iuuentæ
Haud tacuiſſe velim ꝙ cum mea pauca putarem
Poſſe placere tibi ſtudui ſi muſica forte
Ars mihi ferret opem.ꝗte ſonus atqꝫ camœnæ
Non auri fulgor caperet.fruſtraqꝫ timebam
Hanc etiam temptaſſe viam raucumqꝫ videbar
Neſcio quid ſtrepere donec mea carmina faunos
Non puduit dryadeſqꝫ pari celebrare fauore.
Sæpe quidem ramum vidi dulcedine tentas
Linquere et attonitas in me ſpectare capellas.

Spernere apes cythiſum. mutas æſtate cicadas
Lætabar nec nata prius fiducia noſtra eſt
Quam ſacer ille mihi cane fidens diceret argus
Et merito nãqꝫ ille fuit qui talia poſſet Da
Iure iubere ſuo. noſſet qui talia ſolus.
At tu ſiqua recens ſtudium tibi contulit effer.
Daphne noſtra quies noſter labor atqꝫ voluptas Stu
Unam ego te dominam teqꝫ hoſtem affuſus adoro
Tu decus es nemorum. tu ſpes paſtoribus ingens.
Te vates magniqꝫ duces te iuppiter altus
Diligit ac iaculo refugit violare triſulco.
Quo ferit omne nemus. te quam pharetratus apollo
Quam celebres arſere dei. nunc ſtupeus ardet
Paſtor inops lentuſqꝫ gregis contemptor opimi.
Diues erit ſi pulcra voces ſua carmina daphne
Plus aliquid q̃ꝫ rebar eras. reuerentia noſtri Da
Impedit. adde aliud. poteris fortaſſe placere.
Forte die medio dum me meus vrget amator Stu
Siluæ amor in ſiluas ſubito vox contigit aures
Dulcior humana. ſtupui. leuis vnda nitentes
Per pronũ herboſo voluebat calle lapillos.
Prominet ipſe locus. murmurqꝫ ſecutus aquarum
Purpurea in ripa lauriqꝫ virentis ad vmbram
Uirgineam aſpicio cœlo plaudente choream.
Flecto gradum propere. Tunc vna ſonancior omni
Ex numero. ſi fata tuos hoc tramite greſſus
Rara mouent adde diuinos cernere vultus

Hæc ait.et dextram tenuit.tremor omnis adibat
Poſſe loqui incipio.Quin vos mihi parcite diuæ
Errorq; amorq; trahunt.ſector veſtigia duræ
Heu mihi ſparſa feræ.fugit illa.morſq; dolores
Neſcit.ad hæc virgo ſubridens.nouimus inquit
Omnia theſſalidē ſequeris per confraga daphnem
Fabula iam pridem aonijs notiſſima lucis.
I certus lenteſcet eius.tamen accipe ramum
Hunc prius.et tenero frondoſum pollice ramum
Decerpſit.cupidoq; mihi porrexit.et ibis
Ibis ait.diceſq; nouem vidiſſe ſorores.
Quas vulgus ſpectare nequit quas nulla prophanis
Mens curis imbuta videt.Si plura rogaris
Dic vidiſſe quibus vi bella mouere doliſq;
Quam tutum præceps docuit de turre pyreneus
Voce vel ingenio picæ docuere loquaces.
Dic ſacro de monte vagas dic fontis ad vndam
Quem pedis impulſu genitus ceruice meduſæ
Alatus perfodit equus.dic nexa canentes
Orbibus inparibus vario modulamine vocum
Cuncta nouem.varioſq; animorum ex ordine motus.
Quid famæ prædulcis amor.vociſq; leuamen.
Quid ſtudium ingenijq; vigor.quid culta cerebri
Ora tenacis agat.poſt hæc quis nam impetus.et quod
Iudicium.Aethereæ quæ nam diſcretio mentis.
Quid ve potens mulcere aures In fine fugaces
Huc daphne dic verte oculos.regina canori

Hūc mihi prima chori ramum dedit arbore vulſum
Quem tibi monſtrarem. Volucrem iubet illa monetqꝫ
Hemoniæ poſt ſigna fugæ conſiſtere tandem
Ferrea ſit q̄uis motam pietate videbis
Motaqꝫ ſum. ſeq̄re et collem ꝓperemus in illū Dam
Perge labor null⁹ tecum iuga prendere olimpi Stu
Scis quo colle ſedes: maieſtas quāta locoꝝ eſt Dam
Imperioſus apex dare circum iura videtur Stu
Collibus et cœlo ſiluas deſpectat aperto
Huc ego paſtores memini victricia ſertis Dam
Tempora ⁊ arboreis ſpolijs ornata referre
Curribus inuectos niueis delubra deoꝝ
Intereram iam læta virens ſpectare iuuabat
Cum ductore greges captos: triſteſqꝫ iuuencos:
Exuuiaſqꝫ graues peregrinis montib⁹ actas:
Et longos reꝝ ſtrepitus. pompaſqꝫ frementes
Huc ab hyperboreis per vim cuſtodib⁹ aurum
Gryphib⁹ ereptum magnos ꝓuenit in vſus.
Huc aſyæ prædas informi ſqualida tergo
Huc quoqꝫ nutātes tulit indica belua turres:
Quid te multa morer: quicquid nemus vndiqꝫ preſſis
Extulit vberib⁹ hoc eſt in monte coactum.
Hic iuſti ſedere patres hic viua iuuentus:
Hic caſtæ luſere nurus. hoc paſtor in antro
Maximus inſidijs perijt. nec pulcer adonis
Vulnificos euaſit apros. ſꝫ triſtia linquo
Hoc ipſos eſt fama deos habitare cacumen.

## Dedalus

Hoc caput eſt nemorum domꝰ hæc iouis ampla tonantis
Hic natum cõplexa ſuũ latona ſybillæ
Agnita fatiloquæ paſtori oſtenſa ſupbo eſt
Hæc iuga magnanimꝰ ſcipionibꝰ actus ebernis
Sic creuit fortuna loci tua cura ſubactis
Saltibꝰ ex libicis rediẽs puer ille reuiſit
Et ſecum rudis ille ſenex.poſt tempore multo
Cantãtes venere aliȷ̃ quos dicere longum eſt
Partheniaſqꝫ tuus triplicis modulator auenæ.
Omnibꝰ his viridi frondebãt tempora lauro.
Hic ego diſſimili qꝫqꝫ ſubſidere ſertum
Fronde tamen ſimili faciam tibi.porrige ramum
Quem ſacra caſtaliæ regnatrix tradidit almæ
Illius hic.noſtrumqꝫ ſimul tibi munꝰ habeto.
Linque alias curas ⁊ noſter ꝓximus eſto
Nũc vigilaſſe iuuat.dulce eſt memĩſſe laboꝝ Stu

Amor paſtoriꝰ explicit Aeglogæ qrtæ titulus ẽ
Dedalꝰ Colloquutores Gallus et Thyrrenus

Talle quis ingeniũ:tãti quis muneris vſum Gal
Et niueum cõpegit ebur neruoſqꝫ loquẽtes
Addidit ac numeros dic o thyrrenæ quis ille:
Dedalus an ne alius dextræ ſucceſſor et artis:
Dedalus ipſe fuit nec falleris omine galle Thyr
Artificum ſtupor æternꝰ.quem docta potenſqꝫ
Miratur natura virum.mihi maximꝰ ille
Argutam dedit hãc cytharam plectrũqꝫ modoſqꝫ:
Cuiꝰ amor meriti:cuiꝰ pulcerrima merces Gal:

Nillius.nam ſponte meum q̄ſiuit amorem Thyr
Dignꝰ quem ſiluæ quem grex quem paſtor adoret.
Qua tamen hæc regione tibi ſors obuia venit. Gal
Eſt nemus aerium trabibꝰ quo frigida quernis Thyr
Sūmouet vmbra diem nō illic aura nec eſtus
Nō gregis aut hominum vernos p̄mit vngula flores
Fontibus aduerſis circum duo flumina ſurgunt
Hoc ſecat hetruſcos petit illo gurgite rhomam
Hic quaſi venturi p̄ſagus triſtia mecum
Plurima voluebam flebam quoqꝫ.vidit ab alto
Dedalus annoſas inter conſidere fagos.
Acceſſit cytharamqꝫ ferēs puer accipe dixit.
Hac caſus ſolare tuos.hac falle laborem
Infœlix vbi tūc aberam fortaſſe fuiſſet Gal
Hæc fortuna alij.citharam mihi dedalus illam
Nouit em̄ egregie atqꝫ interdum viſus amare eſt
Hanc minime ſꝫ forte aliam nam milia multa Thyr
Ille habet.et large partit̄ mnnera in omnes.
Galle ſꝫ ante diu q̄ꝫ p̄ſens ſilua vireret
Hæc fuerat ꝓmiſſa mihi.nāqꝫ anxia partu
Mater anhelanti lucinam voce rogabat.
Et mœſtum ignarus lucis iam limen adibam
Attulit ecce pium ſors dedalon haud mora.mixto
Vagitu gemituqꝫ graui concuſſus apertas
Subſtitit ante fores.deqꝫ obſtitricibus vni
Si puer eſt citharam dabimꝰ.ſi nata monile
Dixerat ac ſpeculum.ſubitoqꝫ euanuit.inde

Polliciti rediitq; memor ſatoq; beauit.
Utilis inuidiæ ſpecies mutatio feruens Gal
Incutieſq; aio. ſtimulos. tyrrene fatebor
Ardeo nūc ſimilem citharam. niſi forſitan iſta
Quid malim caruiſſe velis. ſun t vellera nobis
Mollia ſunt hædi. precium vel grande licebit
Ipſe rei paruæ ſtatuas parebitur vltro.
Grande rei paruæ? citharæ ſolacia neſcis? Thyr
Rem magnam (ſi nota) voces. faſtidia mulcet
Laxatos animos refouet. ſolatur amicos.
Grandia reſtituit. pellit de pectore luctum.
Exiccet lachrymas. compeſcit flebile murmur
Spes reuehit frangitq; metus. vultumq; ſerenat
Quid p̄cio maiore vetat vel magna paciſci Gal
Non mihi ſetigeri quātum vix paſcitur vſquā Thyr
Villigeriq; gregis nedum leue vellus. ⁊ hedi
Sit precium citharæ. nō ſi tibi gurgite latos
Ambiat hermus agros rutilis oblimet arenis
Quid mihi diuitiæ? quid rex mutus aceruus?
Noſtras cernis opes. hic eſt qua crebra rebellis
Prælia fortunæ mundiq; præmentia vincla
Pauperiemq; leuo. rigidas hac ſæpe per alpes
Perq; nemus vacuū perq; atra ſilentia noctis
Fiſus eo plaudunt volucres ⁊ cōcaua ſaxa
Interea triſtes fugiūt per nubila curæ
Haude ſitim cumulas fer opem optatoq; potiri Gal
Te duce contingat. Viuam memor emoriarq;

Sera animū quæ cura ſubit: breuis ecce inuctæ  Thyr
Flos cecidit tunc tempus erat. Jam diſcere turpe eſt
Quod pulchrum didiciſſe foret. ſic voluitur ætas.
Omnia ſic valuit fugiens ac neſcia freni.
Sorte tua contentus abi citheramq relinque.
Eſt quibus a teneris tractata ſuauiter annis.
Poſcitur auxiliū tu cōſulis incipe rebus  Gal
Decum verba aliis quos poſſunt verba mouere
Poſcimus hanc auide. toto nil pulchrius orbe eſt
Pulchra mouent oculos ſed pſunt acta fruenti  Thyr
In parteſq venit pudor atq modeſtia voti.
O fœlix o chare deis thirrene ſupernis  Gal

Dedal⁹ explicit Aeglogæ quitæ titul⁹ ē pietas paſtoral' Colloquutores Marti⁹ appti⁹ ꝛ feſtin⁹

Quid geītrix venerāda dolet germane: qd illi  Mar
Accidit hoc dignum gemitu: quorſumue recētes
Mœſta pluet lachrymas nec lumina noſtra madeſcunt
Cuncta vorant anni volucres. domat oīa temp⁹  Apy
Indomitum. cecidit matris fortuna decorq.
Arenti virens ſenio dat terga iuuentus.
Aſpice quot circum ſtabiles vrgentibus annis  Mar
Et virides cernuntur anus. aliunde profecto
Luctus et offenſi veniunt ſuſpiria cordis
Querere nos cauſas fatiſq obſtare repertis
Suadet amor pietaſq iubet meritumq repoſcit
Altricis partuſq labor faſtidia curæ
Vim neſcit natura pati licet omnia certent  Apy

Pectore ab aduerſo cunctas licet aduocet artes
Humanum genus ⁊ ſtudio contendat inani
Inuictum caput illa ferens contemnet habenas
Hæc prope diis natura pares iubet eſſe parẽtes Mar
Hæc eadem ꝓhibet curſum præuertere vitæ Apy
Et rerum turbare vices. Iuueneſcere mater
Noſtra nequit. varia eſt pietas de cõiuge. quiſq̧
Cogitet ⁊ paruis ſtudeat ſuccurrere natis.
De genitrice nihil ſ₃ eiꝰ mihi maxima matris Mar
Cura ſubeſt viduæ nil hac mihi carius vſquam:
Quis vetat eſſe pium.’ munus leue dulcia verba.
Hos humeros has illa manus hæc brachia nobis
Sola dedit doniſq̧ ſuis ea ſola fruatur.
Non comes eſſe ſibi quaſcũq̧ vocarit in horas
Abnuo nec fragili baculo me ferre ſenectæ.
Dii tibi conſilium cœlo tribuere ſereno. Mar
Nunc pietas ſua regna dedit ſua poſſidet arma.
Filius es matri cui ſubueniamus egenti.’
Dare quid exſpectas.’ omnis mora torque amantẽ Mar
Eſt domus ampla ſibi nemoroſo cõdita colle Apy
Dudum magnanimi quam quondam tempore fratres
Obſequiis coluere piis. tam cognita latæ
Mater erat ſaltus nimis inuidioſa per omnes
Fœlix et partu ⁊ ſilueſtribus inclita gazis.
Ac nemorum regina potens. mors inuida natos
Præripuit miſeræ. perierunt corpora fratrum
Fama viget. nos ludibrio dilata iuuentus

Spiramus.ſed fama iacet.tenebriſq ſepulta eſt.
Sub nobis mutata domus fortuna.tot annis
Incolumis noſtros cecidit non paſſa furores.
Hæc matri reparanda domus.nil gratius illi.
Hi quos fata premunt.fractis conſurgere buſtis:
Aſpiceret natos.⁊ tempora priſca reuerti.
Milia ſunt hominum curarum milia mille. Apy
Quiſq ſibi ſapiens. Unde hæc tibi ſomnia frater
Pellere pauperiem labor eſt mortalibus ingens
Cui nunq ſperanda quies.nos ſorte maligna
Uiuere per ſiluas vlla vix poſſumus arte.
Et tecum germane loquor.nunc furta rapinis
Mixta iuuant.plenis nec predæ ab ouilibus actæ
Tu noua tecta paras ruituræ attollere matri
Non noua ſed veterum turpes reparare ruinas Mar
Da frater da care manus partemq virilem
Sponte ſubi.vincat pietas inuicta laborem
Siccemus pariter lachrymas et mœſta parentis
Pectora ne tales doleat genuiſſe leuemus.
Cura ſuperuacui pectus quatit.et cadit illa Apy
Spes ſobolis talis quæ cuncta repleuerat arua
Nec muris contenta ſuis nec ceſpite paruo.
Ad paucos reditum paſcent nos auia baccis
Arboreis dupliciſq capax teſtudinis antrum
Dum tonat excipiet.ventoſq arcebit ⁊ imbres
Mater vbi alterius cõuiuia feſta diebus
Hic aget atq illic geminoq fruetur honore:

Coniugib⁹ deſpecta quidem et calcata ſupbis **Mar.**
Ac dominas habitura nurus quin flectere tandem
Et monitus meliora vide. genitricis vterq̃
Secta colat. limenq̃ pius venerator adoret
Quod ſacri tetigere pedes. non aſpera mando
Dulce eſt annoſæ iuuenem ſeruire parenti
Non in ueſtibulo pudeat me mane videri
Sollicitum quid mandet anus quin ſepta laremq̃
Mollimur ſolitas ſedes. hinc iuſſa nepotes
Accipiant. hic vna domus nec ſciſſa poteſtas
Nec fratrum diuiſus honos. Vicinia iunctos
Horrebit. virtus gladio plus vera timetur.
Aggrediamur opus. quædam leuiora videntur
Expertis. genitrix animos ſi cernat amicos.
Ipſa aderit. nam paſcit oues paſcitq̃ iuuencos.
Unde iſtas cumulamus opes? ars fallere matrem
Prima quidem pueris. fortunæ fruſtra vetuſtæ.
Præterea et terræ ſalis altum infodit aceruum
Quem cupido quondam pecori blandita latenter
Miſcuit & ſapidas aſpergine reddidit herbas.
Inſuper ad veteres hortos vmbroſaq̃ tempe
Saturniq̃ domos et quæ poſſedimus vltra
Lidius at nunc hoſpes habet violentus ab alto
Monte cadit riuus qui dum ſua rura reuiſit
Impedit inualidam tranſuerſo gurgite matrem.
Pons fuit hic manibus ſanctorum ſtructus auorum.
Tempus in hoc ſolidus tacitos quo tramite fures

Qui gregibus peſtem ſiluis ſuprema parabant
Repperit argutus nocturno tempore paſtor.
Collaq; ſic meritis fregit tua dextera pontem
Hunc tibi nota loquor timidas effudit in undas.
Dumq; nocere mihi ꝓperas matriq; tibiq;
Et gregib⁹ ſiluiſq; noces. ſ; iurgia mitto.
Hic noſtram modo poſcit opem ſine crimine q̄uis
Non onerum partem tecum tollerare recuſo.
Compulit in facinus tua longa ſuꝑbia. verum Apy
Cimba breuis fluuio eſt habilis tranſire volenti
Rus breue trans fluuium ſupereſt fortuna ſolutos
Anguſtat. fineſq; locat quos fratrib⁹ olim
Tam bene pacatis q̄ nos ſumus arcta priorum
Arcta extremoꝝ confinia. at inter vtrumq;
Laxarūt ſua rura ſenes. Audacia lætos
Nō ſtabiles habet euentus. En omnia demum
Ad primas redire vias. Forſq; improba giro
Luſit inaſſiduo. quid quod ſine ponte manemus
Tutius in ripa: Jam quātum ad cætera ſerum eſt
Edificare domos ſub temp⁹ velle ſepulcri:
Quid vano ſermone leues cōſumitis horas? Feſti
Tercius ille minor quem vos calcare ſoletis
Siluas frater habet. Jam fundamēta domorum
Sede locat patria. genitrix ſibi rura gregemq;
Credidit. et nati gremio ſecura quieſcit.
Parent cuncta ſibi. curas agit ille ſeniles
Enſe puer ſtricto. laqueiſq; ſub arbore tenſis

Quis auium furumq; pedes ⁊ colla p̄mantur
Pinguib⁹ arentes teneriſq; ab ouilib⁹ arcent
Fortia clauſtra lupos. triſtis nō murmurat vrſus
Sanguineus nō ſæuit aper. nō ſibilat anguis
Nō rapidi prædas agitāt ex more leones
Nō aquilæ curuis circūdant vnguib⁹ agnos
Excelſo p̄dulce canens ſedet aggere cuſtos
Paſcua tuta ſilēt. audit iam litus vtrūq;
Carmen. ⁊ extremū calaber ligurūq; receſſus
Undifragi. ſectiq; tenens cōuexa pelori.
Si vocem extulerit mauros turbabit ⁊ indos.
Arctoaſq; niues auſtriq; calentis harenas
Imꝑat is vobis linguam cohibere. capellas
Ite domum tondere inopes. negat almaq; mater
Partem vteri vos eſſe ſui. ſuppoſtaq; iurat
Pignora falſa ſibi. Uallis te ꝓxima miſit
Appœninigenæ qua prata virentia ſiluæ
Spoletana metunt armenta. gregeſq; ꝓterui.
Te longinqua dedit tellus ⁊ paſcua rheni.
Hunc memini audierā veteres narrare bubulcos. Mar

Pietas paſtoral' explicit Aeglogæ ſextæ titulꝰ Paſtoriū pathos Collocutores pāphil' ⁊ Mitio

Qui nem⁹ omne vagis lacerādū p̄buit hircis Pam
Quid ſiluæ meruere meæ:' quas rore ſupno
Juppiter ⁊ riuis ſpumantib⁹ horrida cōiunx
Impiger atq; olim pyreos famoſq; rigarūt:'
Quæ rabies furtum ſegetes dum carpit acerbas.

Spes et opes turbauit agri.cui pulcer hyberus
Deliciæ noſtrumq; dec⁹ ſub tempus aratri
Nō timuit prinos crepitantib⁹ addere lauris:
Quis ꝗpe cōſultus dextram niſi noſter apollo
Porriget afflicto monteſq; efferret in altos
Paſtorꝝ ſors dura nimis date frena capellis — Mitio
Indomitos cohibēte greges.ſimul vbera multo
Lacte fluāt ſemꝑ.magicas nō nouim⁹ artes:
Et nūc iſta fero lites ⁊ iurgia ſecum
Inſtruit.ac ſaxum ⁊ nodoſa repagula geſtās
Quot maledicta parat poterit maledicta mereri
Enſe perire ſuo.quod fert reperire venenum.
Blandicijs tamē aggrediar.Quo pamphile ⁊ num.
Quos ve locos habitas:ſerum tua clauſtra reuiſis
Quid fremis:inq; graui quod feruet ſpiritus ore.
Furcifer hic mitio:nec te duriſſima ſontem — Pam
Sorbet adhuc tellus:Jam iam mirabile nullum eſt
Si nemus ⁊ meſſes atq; omnia verſa retrorſum
Spem luſere,manet.Cui proh cuſtodia culti
Credita ruris erat:cui grex paſcend⁹in herba.
Intempeſtiuis periērūt mortib⁹ agni.
Defeſſi periere boues.hirciq; ſuperſunt.
Inmūdiq; ſues.quos luxus ⁊ otia tendunt.
Turba nociua ſatis.nulla quæ lege ꝑ agros
Spargitur inſultās.virgultaq; dentib⁹ vrit
Jam montes īfecit odor noſtram ve quietem.
Haud inopina quidem patior cōuitia dudum — My

Singula nam tacito tractans ſub pectore mecum
Vaticinatus eram Jam turbidus ille redibit
Nec ſerui tergo nec amice parcere famæ
Doctus.nec rigida pietatem admittere fronte
Pamphile q̄ facile eſt alienam carpere vitam
Quam durum ſeruare ſuam.' te forte magiſtro
Segnior haud gregibꝰ mors ac lupꝰ ingruat albis.
Ne quicq̄ baculoq̄ minax vultuq̄ venires.
Nil tibi triſtis hyems q̄q̄ ceſſura rigori
Jlla tuo.nil ver dubium nil morbidus auſter
Nil tibi de ꝓprio violenta remitteret æſtas
Nō volucres ſegeti non mitibꝰ vmbra racemis
Non caper arboribꝰ non bucula parceret herbis
Nonne ego paſtor erā dum trux turpiſſimæ rex Pam
Nereus aduerſo paſcens inuertice tauros
Tranſuerſum deiecit humi,' et pecus omne parabat
Vi rapere.' obluctor donec violentior ille
Exuit hyrſutam tunicam nudumq̄ relinquit.'
Quid potiꝰ tractare velim.' quot tempore paruo My
Tunc noſtri cecidere gregem.' Eſt ſanguine vallis
Pinguis adhuc.cæcis raptim congeſta cauernis
Oſſa iacent.horrore ferit locus ille tuentes.
Non tibi nō alijs licuit mandare macello
Membra boum ſparſere lupi ſparſere leones
Hi tibi ſint hoſtes.at non iacuere magiſtri Pam
Non rauci ſiluere canes.Quod ſeua ſinebat
Extremum fortuna fuit ſpoliare cadentes

Et niueas vrbi dominoqꝫ remittere pelles
Tu mihi quid ſeruap niſi cornua dempta iuuencis
Venio aux teneris quod cōpenſauimꝰ agnis. My
Seruo habiles cyatos ⁊ agreſti vrgere labellum
Sudere non dignor: rudium miſeretqꝫ parentum
Adde ꝙ ars duce me multum paſtoria creuit
Diſcolor en talos thytreno ex more cothurnus
Circuit effulgens obnubit tempora iaſpis.
Candida ſidoneo ter murice vellera tinxi.
Et magnos peperi ꝓ munere lactis amicos
Sponſa nitet gemmis collumqꝫ monilibꝰ ambit
Et mecum fuſca ſecura recumbit in vmbra
Non glacie niuibuſqꝫ rigens. nec ſolibus vſta
Qualis erat tua turpis anus dum rura teneres
Regia ſi ſpectes non noſtra videbitur vxor.
Tum paſſim herboſis ludunt in vallibus hædi
Inqꝫ volutabris ſegnes in uata voluptas
Conglomerat verſatqꝫ ſues. nō humida paſtor
Fortior antra ſubit. Sedeo iaceoqꝫ ſupinus
Multa canens quæ dictat amor nec craſtina curās
Cōmiſſiqꝫ gregis ludos ⁊ ꝑlia cerno
Tu querulus triſtiſqꝫ mane. tu dente canino
Qua rabies tulerit ſemꝑ mordere paratus.
Ego impure tuū noſtris cum ſentibus antrum Pam
Jungis: vt indignos habitus tibi ꝑferat vxor
Rebus onuſta ſuis: vt tu meliore cubili
Membra loces. ſomnumqꝫ animo vigilāte fugacem

Excipias oculis .et turbida viſa fatigent:
Concilient vt vaſa ſitim:cauſaſq3 timendi
Inueniant & forma domus & cara ſuppellex.
Heu labor inſanus precio cumulare periclum
Heu furor extremus nuptæ parere furenti
Turpis adulteria & thalami tot probra pudendi
Diſſimulare potes:nempe hi quos fingis amicos
Coniugis inceſtæ facilem rapuere pudorem
Inſidiaſq3 parant etiam tibi.Lumina tolle
In modico depreſſa mero.Lupus inſtat ouili
Antraq3 per vigiles circumſtāt ditia fures
Furibus eſt mecum contractum ſanguine porci My
Fædus.et inferni deſcriptum regis in ara
Inuiſum ſuperis ſacrum fortaſſe.pfundis
Accæptum ſ3 iure deis.quib9 ære litatum eſt.
Non ego ieiunæ confringant pingnia tygres
Septa licet totoq3 fremens ruat æthere grando
Armentiſq3 ſatiſq3 necem ferat acrior annus
Pauper ero.tantum ſcrobibus cōmiſimus atris
Tolle ferū ſcelerate ſacrum quod iuppiter & ſol Pam
Erubuit.potuitq3 iubar ſ3 acerba relatu
Præterea.qui paſtor eras per littora gazas
Conuehis.& neutrum perages fœliciter.aude
Linquere iam ſiluas vrbeſq3 videre remotas
Pandere vela nothis.timidas temptare pcellas
Uxor enim ignotis iam pridem in collib9 errat
Et patrium limen thalamūq3 egreſſa pudicum

Illa ſequetur ouans meretrix famoſa procoſq;
Secum aget ardentes ꝛ olētes turpiter hyrcos
Herba peregrinæ quib⁹ eſt iam grata paludis
Quid pater obſcuris animos ambagib⁹ imples My
Longaq; nunc ſeris quid litibus ocia frangis?
Deſine iam mœſtis alacres inceſſere verbis.
Dic age. dic breuiter quicq̄d fert impetus et mens
Es merit⁹ poſt vincla crucem. poſt verbera ferrū Pam
Supplicium breue quin potius ſine fine dolores
Carceris æterni vel ſi quid triſtius vſquam eſt.
Serue infide fugax domino q; ingrate benigno.
Surde ſenex geſtare crucem tolerare catenas My
Si neſcis ſors ipſa tua eſt. vulgata per omnes
Fabula iam ſaltus. Nerei terrore ſuperbi
Deſtituiſſe gregem. medio niſi triſtis appollo
Siſtere calle gradum nō vertere terga iuberet
Cætera nam ſileo. domino q̄ fidus inarctis
Caſibus vt poſſint deſertæ ignoſcere caulæ
Et fugi et redā timui paſtoris iniqui Pam
Verbera nulla metum facilem damnauerat ætas.
Flumine mox laui maculas. palloꝛq; receſſit
Quæ tibi cauſa fugæ? cur clauſtra quieta relinquis?
Cur longinqua ſequens quercus cōtemnis auitas?
Quo claues veſane rapis? quin obice rerum
Tantarum ſi cura premit. per mœnia ſaltu
Errantes cogentur oues ſub tecta reuerti.
Iam mihi magna placent. inopis nō ſemꝑ ouilis

Seruus ero: dulcem cantando nactus amicam
Formoſus fieri ſtudeo. ſolemq; peroſus
Antra vmbroſa colo. frontemq; manus recenti
Fonte lauãs. Speculum corydon bizanti⁹ iſtud
Quo mihi cõplaceo dono dedit. omnia nouit
Et patitur cõiunx quoniam ſua multa viciſſim
Dura fero. vos ignotas iactetis amicas
Me mea perpetuus foueat complexibus epy.
Infamis mulier multiſq; infauſta maritis Pam
Te foueat demens. prior Epyc⁹ ille ꝓphanos
Lapſus inamplexus cecinit ꝑ rura per vrbes
Quam cõiunx generoſa ſibi. prior ipſe puellam
Nactus ad irriguos ſecum traduxerat ortus
Ludibrioq; habitus viuens moriensq; iacentem
Exedere canes. ⁊ perminxere ſepulcrum.
Lætior haud aliis poſt hunc. ſʒ adultera forſan
Fida tibi fuerit ⁊ ſpeculum corydonis habeto.
Aeternum gemat ille miſer paſtoribus aulæ
Qui primus mala dona dedit. Formoſus haberi
Dum petis ⁊ capiti circũdas ſerta niuoſo
Ignotum tot pondus auis. dum floribus antrum
Dumq; pedes debite roſis ſilueſtribus ornas
Omnia deperreant. quando impia ſydera cœlo
Impia ſors terris ſuperant. intercidat vna
Cura gregis ruriſq; labor ſtudiumq; peculi.
Succedet mihi forte aliquis nec longius hinc iam My
Augurio niſi fallor abeſt. qui triſtis mereq;

Vitia p̄duris excuſet facta repulſis.
Aluernaſqꝫ ferat romana in paſcua ſortes
Quem talem niſi te genitū foꝛtaſſe minaris: Pam
En tua tota fides.en laudum ſumma tuarum
Peioꝛem ſi terra parit tunc optimus ipſe.
Inqꝫ nocens mitio.ſic crimen crimine purgas.
Viue late.gaude vicij maioꝛis ad vmbꝛam
Lætus agam moꝛiarqꝫ dolens tu triſtis vtrūqꝫ My
Neſcio quid cōfuſa tibi tua ſomnia ſeruent.
Par fuerat meminiſſe quib⁹ bonus ille periclis Pam
Iſta parauit herus.laniatum vepꝛib⁹ aſpꝛis
Vidimus.heu quanti miſerans armenta redemit
Perdita ſublimi veniens mercatoꝛ olimpo
Quam tenuis victus q̄ꝫ nulla ſnperbia verum
Ruris habet dn̄m.tu luxuriaris in aruis
Illius.ipſe ſua ſitiens ac ſobꝛius aula eſt
Immemoꝛ ille ſui et rerum fateamur auarus My
Perdere pauca timet cum poſſit perdere multa
Impiger hoꝛrendis paſtoꝛes vocibus implet
Hinc didiciſſe potes ſemperqꝫ in fontibus ægras
Verſat oues.tondere iubens ne vellera lappæ
Intricent.pꝛohibens ipſis a ſepibus hyꝛcos
Oſtentatqꝫ rubos itidem ſterileſqꝫ miricas
Paſcua dura feris famulos macieqꝫ geluqꝫ
Conficit.ac tollerare famē ſomnūqꝫ ſitimqꝫ
Edocet.adiurgitqꝫ minas atqꝫ intonat oꝛe.
Dulcia cuncta vetat iubet aſpera culta cauebis

Arua luſtrabis montes ſuperabis iniquos
Et pedib⁹ nudis tribulos calcabis acutos.
Morib⁹ his hominum quiſquā de ſanguine natum
Vixerit aut raros illi miretur amicos:
Contra ego me memini domino ſeruire potenti
Perdere magnificum multis placuiſſe decorum
Vis vbi nulla p̄mit. quis tot cōſumet ariſtas
Quod pecus aſſiduo peraget tot gramina morſu
Laſciuos errare greges hircoſqꝫ procaces
Coniugio gaudere ſinas. ſimul ipſe iocabor
Dum mea me cōiunx dum me mea ſuſcipit Epy.
Vos veſtros ſeruate meos mihi linquite mores.
Infœlix ſic noſcis herum. dum tut⁹ in vmbra Pam
Stare putas aderit p̄uertens gaudia luctu.
An verbis terrere paras p̄ſentia fortes Mi
Deſpiciūt. timidos etiam diſtātia terrent:

Paſtor pathos explicit Aeglogæ ſeptīæ titul⁹ ē
Grex īfect⁹ ꝛ ſuffect⁹ Collocutores Mitio ꝛ Epy

DVlcior his ſiluis ꝛ gramine dulcior arui
Gratior his antris ꝛ gratior amne ſonoro
Huc modo dum ſum ſol⁹ ades mea nobilis Epy.
Nulla dies mitio noſtros obrumpat amores. Epy
Nulla dies gremio caput hoc diſiūgit amato.
Vltro aſſum. ſemperqꝫ adero nec ſponte reuellar.
O mea nam dulce eſt animū exonerare loquēdo My
Quid mihi nūc ſtomaci reris: p̄cordia quātum
Fellis habet ſparſi. Mordax modo pamphilus acri

# Grex infect⁹ et ſuffectus

Pertulit incautū penitus pupugit ve q̃rela.
Multa minax abſentis heri ſub fine pauorem
Obtulit intrepido fortem fortiſſima contra
Frons ſtetit hæc. nūc cara comes tot dulcia mecum
Tot lætos partita dies partire quod inſtat
Ne pigeat numerem⁹ oues numerem⁹ ⁊ hyrcos
Seu grauis iſte redit ſeu forſitan ille tremendus
Vera licet fictis p̄texere crimina verbis
Stet modo frons eadem cōceptaq; formula fandi
Lanigerum quodcūq; pecus ſeruare ſolebas Epy
Mors rapuit. vel morbus habet. ꝑ gramina ripæ
Paſcit̃ alterius quicquid ſupereſſe dedit fors
Febris iners ſcabieſq; tenax violentaq; tuſſis
Iam vacuos populaut̃ agros. p̄mit horrida ſudor
Mucidus ⁊ rigidi cōfigunt tergora dumi
Tutius abfuerint ne furtim læta pererret
Mœſta lues capita. ⁊ ſerpēs ꝑ ouilia peſtis
Cætera noſſe dat̃. refer huc tua lumina tantū
Perge meum culmen mea ſpes. mea tota voluptas My
Ille ꝓcul fuluo quem cernis ludere tergo Epy
Vertice cōſpicuū. ſetis cui diſcolor albis
Barba genas mentumq; tegit per paſcua late
Noſcit̃ imitis. frondiſq; petulcus ⁊ herbæ
Hunc etiam cupidæ metuūt perferre capellæ
Sic duras teneraſq; tegit ſic pondere toto
Irruit incumbens miſeris. Veneremq; nec vllam
Reſpuit haud ꝓprie fit ſegnior inde maritæ

Grex infectus et ſuffectus

Quæ paribus ſignata notis et cōcolor illi eſt
Ipſe quidem luxu in modico laſſatus et annis
Jam ſenuit. ſꝫ dura fero recalenſqꝫ ſenectus
Ille procax parili totus licet ardeat æſtu
Virib⁹ haud paribus fruit̃. tamen omnia turbat
Septa furens. nullaſqꝫ ſinit dormire quietas.
Somnifera ſub nocte capras. ſꝫ ouilia circum
Hunc anim⁹ non ſanguis agit dumqꝫ aſpera prenſat
Colla parum ſtabiles fregiſſe ꝑ oſcula dentes.
Cernitur ⁊ vocis paulatim perdidit vſum.
Quem quotiens video ſubit⁹ quatit ylia riſus?
Ut fragilis dumeta petit. crebroſqꝫ himenæos
Et venerem generis ardentem naribus omni
Tempere ſuſpirās inamœnum ſpargit odorem?
Tercius ille autem diſtortis cornib⁹ atra
Luxuria efferuens teneris male tempat ædis.
His multum debere memor grex ipſe fatetur.
Horum namqꝫ licet circum pſepia natos
Enumerare leues. atqꝫ agmina multa nepotum.
Ille piger ſenio torpet. tamē integer olim
Ludere chlam ſolit⁹ vides nec ſpernere frondes
Nūc iacet ⁊ cœlum ſpectat fremit arduus ille
Proceris gaudens ꝑ ſiluam inſiſtere ramis
Permeat hic valles longinquaqꝫ rura peragrat.
Eſurit ille rubos fulgentib⁹ imminet vndis
Nec tota ſatiāda tago ſitis arida feruet
Ille ferox animi eſt et torua fronte minatur

## Grex infectus et ſuffectus

Ecce duo obnixis qui ſeſe cornibus vrgent
Sæpe graues ſiluis olim exciuere tumultus
Nunc multo grauiora parāt atqꝫ omnia turbant
Ecce duo morbo impliciti.niger iſte quieſcit.
Candidus ille ſilet.Scabiem fricat ille vetuſtam
Ille quidem toto quem cernis ab agmine ſolum
Natura generoſus erat.ſꝫ nō ſua tondens
Gramina ſollicito tacitus terit auia greſſu.
Huic hoſtis generoſus item ſꝫ fractior æuo
Contigerat.mors alteriꝰ certamen vtrimqꝫ
Concluſit non ille vadum torrentis aquoſi
Nec iuga ſaxoſi timuiſſet carpere montis
Dux gregis ille fuit.dum noſtra reliquimus vltro
Paſcua primus iter rapidum per lubrica flexit
Hortatus ſocios mox cætera turba ſecuta eſt.
Unde diu lætos vacui deduximꝰ annos.
Quid nō longa rapit ſæclis fugientibꝰ ætas My
Decreuit grex ecce ſitu.quæ culpa quis error?
Immortali homini nihil eſt.moriemur et ipſi
Ludere conſilium.nec cunctis temporis horam
Perdere ſegnicie.curaſqꝫ repellere inanes
Ni forſan tibi nunc aliud dilecta videtur.
Prorſus idem quid em̄ reſtet quæ meta maloꝝ Epy
Ambiguū licet ille grauis ꝓmiſſa minaſqꝫ
Iudicis inculcet res pendet.ludere præſtat
Interea.⁊ primam morti ſubducere partem
Quam ſapiens ſileꝯ ſemꝑ tibi fida profecto

Hortatrix at q3 vna fui.pſentibus vti
Et gaudere bonis.fato mandare futura
Blandicijs profugam aſſiduis reuocare iuuencam
Et retinere manu.ꝑperante obſtare ſenectæ.
Sed ſi tangit amor pecoris muliebrib⁹ aurem
Conſilijs aduerte tuam.niſi forte pudori eſt
Dic mea dic requies thalami dic gloria noſtri My
Hos tibi fœcundæ matres peperere,quid heres Epy
Sanguine in externo.⁊ veteri noua cornua ſerto
Florib⁹ ex noſtris ornabimus.ipſe latentem
Pamphilus haud noſcat fraudem.nec degener iſtis
Sanguis ineſt humiliſq3 gregis veſtigia ſeruant.
Liquitur hic luxu.nō pinguia pabula deſint
Coniugiumq3 frequens.implebit ouilia ſolus
Errantes ſtudet ille ſenes transcendere curſu
Et facit ille gregem lōge poſt terga reliquit
Aſpicis hūc timidum meditat̄ prendere truncos
Mordicus ⁊ vacuas cornu iam verberat auras
Mitior hūc vultu ſequitur mihi crede ſ3 ille eſt
Seuus ⁊ hirſuto multum truculentior apro
Me ſpectante parem ſpoliauit cōiuge nuper
Et potitur camuris nūc narib⁹ ac pede torto
Illum inopem pauidumq3 ꝓcul per ſaxa fugauit
Hi turpes rerum indocti latitare videntur.
Sed ſine conſueſcāt.diſcent tot multa magiſtris
Hi duo quid reris fatales dulcibus vuis
Jam pingues,muſtoq3 graues.hos pelle reuulſa.

Perſolues leſo venient triaterica bacho.
En tibi par aliud ratio famuletur amori
Dignum laude licet blandis prope lenius agnis
En quoqꝫ par longæ varium. pratum ille modeſto
Dente metit. ramos patulo vorat alter hyatu.
Necqꝫ tuũcqꝫ gregem rauca qui voce fatiget
Necqꝫ fugare locis informi murmure poſſit
Spumens ac frendens. tunſoqꝫ ſimilimꝰ vrſo.
Hos tibi romulei miſerũt gramina ſaltus?
Cætera de noſtris veniũt tibi gaudia lucis.
Hinc alij atqꝫ alij accreſcent fors bona fauebit
O pecudum decus eximium reginacqꝫ ſiluæ Mi
Perge age iunge. greges ⁊ cornua flore rubenti
His quoqꝫ circũda. grex eſſe videbitur vnus
Hunc tamen oblata es numeris aſcribe mœrentem
Inuiſa regione ſatum quem florea vallis Epy
Pauerit ⁊ noſtri ſpretorem miſerit arui.
Pellicis imperio pmimur. moribundꝰ et vnus
Introeat. ſpaciumcqꝫ breuis non explicat anni
Iram frange precor. nil vnqꝫ tale iubebo My
Iam tranquilla redi qm̃ res magna peracta eſt.
Pamphilus vt redeat iuſtas licet arte q̃relas
Abſtulimus. tacitam mœſtus ſibi ſorbeat iram
Multa quidem curis dedimꝰ iamqꝫ hora quietis Epy
Nos vocat. accelera. glacies pmat hyſpida colles
Brachia nos nexi molli iaceamus in vlua

Grex infect⁹ & suffect⁹ explicit Aeglogæ octauæ. titul⁹ eſt Diuortiũ. Colloquutores Gaminædes et amiclas

Quo fugis.' expecta. liceat cõdiſcere cauſas  Gami
Diſcidij. tu noſtra puer niſi fallor amabas
Paſcua. quo paſtos abigis cum matribus agnos
Ingrate atq; oblite mei rerumq; mearum
Parce parens damnare tuũ puer ipſe fateris  Ami
Hac paui regione gregem. tibi lætior annis
Tunc anim⁹ fuerat. nunc intractabilis aſper.
Me quoq; viuẽdo patiẽtia prima reliquit.
Conſilium ſolet eſſe ſenũ. Iuuenũq; voluptas  Gami
Tu mihi deliras ſenior. tum vallis amator
Unius deſerta vagus nũc auia tentas.
Propoſitum mutat ſapiẽs. at ſtultus inhæret  Ami
Res tempus fortuna locus firmata ſequẽtur
Conſilia alternãt. Macie turpiq; veterno
Terga pecus confecta gerit. ſqualẽtia ſentes
Uellera dilacerãt. quid agam.' nec pocula fontis
Tuta nec herbaꝝ morſus ſucciq; ſalubres
Ipſe aer ſuſpecta mihi ſuſpiria reddit.
Quin iuſtam ꝑmitte fugam ⁊ miſerere coacti
Nam potes ecce etenim veni ad tua gramina pauper
Pauperiorq; domum redeo. nõ lacte nec ædis
Anctior inuidia ⁊ ſolis iam ditior annis
Adde ſupercilij pondus. quod non grauis æquet
Ethna iugis. non oſſa rigens non altus olimpus

Id prius æquanimis tuleram indignantior ætas
Eſt ſenium.rugæq; animos in verba miniſtrāt
Triſte ſenex ſeruus.ſit libera noſtra ſenectus.
Serua iuuenta retro eſt.ſeruilem libera vitam
Mors claudit.memor vſq; mei ſubſiſte valeq;.
Ne fatum tentare meum ſine paſcua circum
En animi ſeruū memoris.ſic omnia ventus — Gami
Abſtulit.has mercor grates.hæc premia reddis.
Ut nil pſtiterim multum licet impar amaui.
Uerba quidem verbis.res reb⁹ ꝑurus amori — Ami
Sed ſolus debet amor.gratuſq; memorq;
Sum.quia te ſemꝑ poſtq̄ mihi notus amaui
Et dum vita comes ſi quid mihi credis amabo.
Quo ꝓperas igit.quæ te magis allicit ora: — Gami
Unanimes quæ cauſa repēs diſiungit amicos.
Perdit em̄ ſerui nomen cui libera mens eſt.
Aſpice fatigero tangentem vertice montem — Ami
Nubila tum grauida fontes tellure crepātes.
Unde ruens pelagis confundit vnda quaternis.
Aſpice præruptum ſcopulis extantibus alte
Ire ſub aſtra iugum.lapis ille imperuim⁹ olim
Punicus aſperis donec ſibi paſtor aceto
Fecit ⁊ igne viam.noſtris paſtoribus ingens
Diluuium ſtrageme ferens.hoc forte per eſtum
Solus ego ac ſitiens nuꝑ ſub colle vagabar.
Gallias erranti ſeſe comitemq; ducemq;
Obtulit ⁊ viuas digito direxit ad vndas

Prægredior valleſq; nouas & pinguia late
Rura noto ſed ſæpe oculos in terga reflectens.
Jam latus hoc ſordere mihi iam turbid⁹ æther
Cœpit ad occaſum iam ſidera mœſta videri.
Agnoſco validum patriæ reuocãtis amorem
Illic & violæ melius proſcida pallent.
Perdumæta roſæ melius redolentq; rubentq;
Purior ac patrius illic mihi prata pererrat
Riuus & auſoniæ ſapor eſt iam dulcior herbæ
Spreta fides igitur comicum tam certa prio℞ Gami
Cum quibus & niueas laqueis viſcoq; columbas
Gaudebas damaſq; plagis tentare fugaces.
Cum quibus & capreæ ſoles vmbraſq; leonis
Et tauri flores & adultæ virginis vuas
Carpere vel fando cunctantem impellere noctem
Uel longum breuiare diem ſermone iociſq;
Et requie molli durum condire laborem
Nil ſpretum niſi ſilua ferox paſtorq; proteruus
Et gignens aconita ſolum. & mœſtiſſimus auſter
Et plumbo infecti latices. & turbine tortus
Puluis et vmbra nocens & grandinis ira ſonoræ
An prius iſta tibi tam longum iguota per æuũ Gami
Nota prius fateor. tenuit me peſtifer vſus Ami
Luctantem. me veſter amor. me forma puellæ
Blandior illecebris. ſed iam cum tempore ſenſim
Omnia mutantur. ſtudium iuuenile ſenectæ
Diſplicet. et variant curæ variante capillo

Sic vulgo iam notus eras.nec carior alter Gami
Uel mihi vel ſocijs.ſiluis errabis in illis
Et mecum manſiſſe voles.cupienſqȝ reuerti
Nil penitus non eſſe poteſt.fortuna gubernat Ami
Res hominum.valet illa pijs obſiſtere cœptis.
Illa fauere malis.at ſi pſagia quicq̄ȝ
Noſtra ferunt certi leuis eſt ad prima recurſus
Principia.huc genitor pfugus me rurus auiti
Finib⁹ infantem rapuit.ripaqȝ paluſtri
Expoſuit miſerum atqȝ abijt per quattuor inde
Sermo luſtra tibi.nulla eſt iniuria iuſtus
Libertatis amor.patrij quoqȝ cura ſepulcri eſt
Tempeſtiua ſeni.Jam tandem abſiſte precari
Atqȝ iter pater alme vale.dextramqȝ relaxa
Ah miſer ⁊ merita quis te cum laude canentem Gami
Audiet.aut leui deſcribet carmina lauro.
Expectādo quidem feſſus raucuſqȝ canēdo Ami
Attuleram vereor vocis faſtidia noſtræ
Fors alijs placiturus eo.nan vna p omnes
Eſt hominis fortuna dies.nūc mane quietum
Turbida lux ſequitur.nūc matutina ſerenus
Nubila veſper agit.ſic tempeſtatib⁹ atris
Tutus adeſt portus ſic litora puppe tenentes
Tempeſtas in opina ferit.ſpes terror vbiqȝ
Iuxta habitant.fortuna vaga eſt ⁊ protinus inter
Quāuis pſſa manus ceu lubricus effluit anguis:
Nil habet iſta magis tua nunc opulentia certi

Quam mea paupertas. Ubi pluris ſigna fauoris
Et minus eſt fidei. Sʒ iam me Gallias audi.
Sollicitat damnatqꝫ moras. ⁊ phœbus hybernum
Vergit ad oceanum. montem vix occupat altum:
Balatu moueor pecoris. nec candida dulci
Mugitum geminas ceſſat reuocare iuuenca
Ire libet. liceat. nuſquam ſunt carmina tanti.
O en iuuenem pauiſſe domi ⁊ finxiſſe docendo Gam
Ut doctum noua ſilua ſenem nouus hoſpes haberet.
Sit labor agricolis longus breuis inde voluptas.
Arua domant aliis. Sic feſſus nauta quietis
Inuehit ancipiti delatas æquore merces
Noſco meum ſydus. aliis vtenda paraui.
Fatum agnoſco tuū primis nam paup̱ ab ānis
Pauper eris ſenior. paup̱ morieris amicla
I. tamen. ipſe meis quādo hoc īmobile votum eſt
Te ſine quod nollem iam ſolus paſcar aceruis.
Ipſe per æſtatem mediam vel colle virenti Ami
Valle vel vmbroſa nitidiqꝫ in margine frontis
Solus appollinea modulans ſub fronde ſedebo
Lanigerumqꝫ gregem paſcam. ⁊ loca florea circum
Mellificas imitabor apes. te diues habebit
Silua ſʒ vrentes turbabunt ocia curæ

Diuortiū explicit. Aeglogæ nonæ titulꝰ ē Querculꝰ Colloquutores Philogeus et Theophilꝰ.

Heu laceræ fragmēta domꝰ heu ſydus agello Phy
Triſte modo. quid votiui nunc ſtirpibꝰ hymbres

Querulus

Quid pecoris ſtudium:/ ſegeti quid lenior aura:/
Aut ſoles valuere pij:/ Sors aſpera ruris
Semꝑ ⁊ immẽſo tenuis fortuna paratu.
Agricola infœlix. vbi primum cornua tollens
Floriger annus adeſt. Circum ſua gaudia fertur
Raſtra manu vexans rigida. ſcabroſqꝫ ligones.
Urget in arua boues. ſulcoqꝫ anniſus inhæret
Inſerit hic ramos. herbas hinc vngue nocẽtes
Uellit. et vtilib⁹ lolium ſecernit auenis
Hinc fodit ⁊ ripam bellis brumalibus armat
Inde leues prono diuertit tramite riuos.
Nil vel inexpertum linquẽs vel ſegniter idem
Expertus. ſꝫ cuncta nimis. Cum nubila ab auſtro
Suſpicit. ⁊ ſecum pluuias incuſat inertes
Tranquilloſqꝫ dies operi ventoſqꝫ fauentes
Inuocat. ac cœlum precib⁹ votiſqꝫ fatigat.
Heu miſero poſtq̃ ſudore exhauſtus anhelo
Spes cernit florere ſuas iamqꝫ horrea laxat
Ecce furens ſata culta truci vertigine nymbus
Obruit. et longos anni breuis hora labores
Una necat. pereuntqꝫ ſeni ſua ſomnia feſſo
Adde repentinam rabiem torrentis iniqui
Adde peregrinas volucres populantia campum
Agmina. tectorum lapſus incendia fures
Adde grauem morbos nebulam morteſqꝫ pluentem
Inmemoreſqꝫ gregis caſus. hominumqꝫ ruinas
Qualia nunc flemus mœſti. et vix flere relictum eſt.

Hora metus mortis quoniam trepidātia claudit.
Heu heu quo me cura tulit: quo cæcus habendi
Traxit amor: poteram vulgo quot tuti⁹ artes
Quot rex temptare vias (Cur vltima lecta eſt
Pauptate labor mixtus ſemperq̧ malignam
Scalpere tellurem q̄rulaſq̧ audire cicadas.
Quid gen⁹ aut q̄ nā vſq̧ adeo fortuna moleſta eſt Theo
Quid gemis heu mea rura vides. fons ecce labor Pyb
Atq̧ operum. ſpes ecce meæ. Quid viuere longum
Fert homini: nec deſinimus nocitura precari.
Quæ modo dum magis fuerit anguſta capellis
Antra vacāt. rareq̧ ꝓcul languentis oberrāt
Reliquiæ armēti. quas mors violenta per orbem
Spargit ⁊ inſequit̄. nō æquoris obice vaſti
Non cœli terræq̧ ſitu non deniq̧ totis
Caucaſeis arcenda iugis. ſic omnia victrix
Proterit ⁊ latos depaſcitur ordine ſaltus.
Exemplis caritura quidem tenuere nepotum
Vix habitura fidem. ſuperant ſi forte nepotes.
Nec finem modo fata parant imponere rebus
Poſſe mali cauſas ingens ſolet eſſe leuamen Theo
Diſcere ſi noſti quæ tantæ peſtis origo
Multa dei celant hominem nō omnia ſeruus Phy
Clauſa videt domini cum ſit mortalis vterq̧
Quæ tamen in ſiluis crebreſcat fabula dicam
Cerne ſinus pelagi geminos quos maxima frangant
Flumina. ⁊ aduerſo dirimentia gurgite terras

## Querulus

Hunc hyrſuta p̄mit glacies ⁊ bruma perhennis
Aſperat horrificoqꝫ infeſtant murmure tygres
Illum blanda roſis non areſcentibꝰ æſtas
Temperat ⁊ virides fantur per plana volucres.
Hos alio prius orta ſinus afflauerat orbe
Hinc noſtris trāſlata lues nunc regnat in aruis
Quo mare tam facili tranſiuit ⁊ æthera ſaltu Theo
Illuc heu cupidi ſimulat ſua quēqꝫ libido Philo
Peruenit pars vna gregis. ſucoſqꝫ veneni
Et diras guſtauit aquas. atqꝫ inde reuertens
Mox peritura cohors late contagia fudit
Paſtorem paſtor pecudem pecus inficit ægra.
Spirat em̄ ſaniem incluſam pulmonis aduſti
Ad litus infauſtis aſpirant flatibus euri
Intereunt iumenta boues duriqꝫ bubulci
Graminaqꝫ ⁊ ſegetes. vacuis moribundꝰ ariſtis
Imminet ⁊ culinum componit meſſor inanem
Nec morbi modus vllus adeſt. velocibꝰ alis
Mors volat externos fruſtra glomeramꝰ odores
His etiam ſua peſtis ineſt. Quid demoror? omnes
Occidimus. niſi fata minas placata remittunt
Quanqꝫ quid reliqui eſt miſeris? Iam falce recurua
Ultima rura metunt. graia qua vectus ab ora
Marmoreoqꝫ nouam deſignās limite ſiluam.
Inclita magnificus poſuit confinia paſtor
Falleris ab demens. nam iuſta et ſera merentes Theo
Paſtores ferit ira dei. populumqꝫ rebellem

Effugite o cæci. ſecuraqꝫ poſcite regna
Nec mora tuta q̃dem. nec iam fuga tutior vſquã — Philo
Obuia mors ꝯuertit enim. ꝛ quocũqꝫ mouerem
Mille parat medio laqueos ꝛ retia callæ
Accipe conſilium ꝓpere cunctatio nãqꝫ — Theo
Lenta fuit ſemper ſubitis inimica periclis:
Huc huc volue oculos hic eſt via recta ſine vllis
Inſidijs. prædura quidem calcataqꝫ paucis:
Sed ſup aerios arcto quæ tramite colles
Perferat ꝛ ſiſtat feſſum in regione quieta.
Illic vita habitat. leua ſꝫ olentis auerni
Sulphureis ſtant ſtagna vadis. ibi lurida mortis
Signa vides atroqꝫ polum nigreſcere fumo.
Hos euade lacus. dextrum mihi prende cacumen
An nitar. tu me ſequere ꝛ miſerere iuuãdo — Philo
Quin prior. I. tardum attollens ꝛ porrige dextram
Ultimus ac primꝰ adero. pellamqꝫ trahamqꝫ — Theo
Tu modo nec labor officiat tibi ſolus adeſto.

**Querolꝰ explicit Aeglogæ decimæ titulꝰ Laurea occidẽs Colloquutores Socrates ꝛ Siluanꝰ**

Quid ſiluane doles: tãteqꝫ q̃ cauſa q̃relæ: — Socra
Heu ſocrates quẽ vix reliquũ fortuna ruinæ — Sil
Dura ſinit noſtræ. neſcis dulciſſimæ neſcis
Quid q̃rar ꝛ q̃ꝫ iuſta mihi ſit cauſa querelæ.
Auguror expecto ſꝫ rem cumulatius exte.
Fare miſer miſero. non aſpernabere luctus
Participem comitemqꝫ ioci quem lætus habebas.

Neſcis ꝓualidi rumpunt vt ꝟba dolores. Sil
Quid me care iubes fari.paſtoria nunquid
Materia eſt lugere deas:tamen accipe quantum
Singultus lachrymæq́ʒ ſinunt.fuit alta remotis
Silua locis.qua ſe diuerſis montibus acti
Sorga nitens rhodano palleńſq́ʒ ruentia miſcent
Sic mihi quo fueram tuſco tranſlatus ab aruo
Sic hominum res fata rotant fuit aridulum rus
Dum colui indigui.atq́ʒ operi ſucceſſit egeſtas
Id reputans aduertor em̄ piguitq́ʒ laborum
Perteſumq́ʒ inopis ſtudij tandemq́ʒ relinquens
Arua inarata vagis ſiluis ſpaciabar apricis
Verum inter ſcopulos nodoſaq́ʒ robora quercus
Creuerat ad ripam fluuij pulcerrima laurus.
Huc rapior dulciſq́ʒ ſemel poſtq̄ʒ attigit vmbra
Omnis in hanc vertor ceſſit mea prima voluptas
Ruſticus ardor erat.ſʒ erat gratiſſimus ardor
Ille mihi inſueto.qui me mortalia prorſus
Oblitum immemoremq́ʒ mei meminiſſe iubebat.
Hanc vnam.curaſq́ʒ ⁊ totum huc voluere tempus
Sic ruris deſertus honos.⁊ quicquid incenſes.
Præcipitat.pars parta animi.pulſiq́ʒ tumultus
Has ego delicias ⁊ opes hæc regna putaui.
Perge quis interea neglecti vultus agelli. Socra
Nec noui.nec noſſe velim.mihi laurea curæ Sil
Sola fuit.ſʒ iam ſocrates ignoſce.gemendum eſt
Imo age perge ꝓcor.pariter lachrymabimur ambo Soc

Et pietas cõmunis enim et iactura dolorq3:
Laurea culta mihi nec me ſitus aſper ⁊ horrens Sil
Arcuit incepto. ꝓprijs nec viribus auſus
Externos volui cõſultor adire colonos.
Nec longæ tenuere viæ. nec tempus iniquū
Ac durum tardauit opus. vulgata tenebam
Aſcrei conſulta ſenis. tamen altius ire
Mens erat. ac varijs artem ſolidare magiſtris.
Dux mihi nullus erat. niſi amor feruorq3 videndi.
Primum iter in latum qua pulcer mincius vnda
Formoſo de patre oriens interluit arua.
Hic venetum celſis extantem in milibus vnum
Paſtorem agricolam bellatoremq3 viciſſim
Conſpiciens dextræ modulantem in vertice ripæ
Accedo: ⁊ breuib⁹ percontor plurima verbis
Juſſus ab hoc aſyam grayaſq3 inuiſere terras
Vix athesis attigeram patrij qua limina montis
Deſerit ⁊ lætos fugiens amplectit᷑ agros.
Ecce veronei ꝑ prata virentia martis
Ire duos video: canit hic leget ille ſalubre
Herbaꝝ genus ⁊ pecori bonus applicat ægro
Prægredior. calidusq3 apon⁹ gelidusq3 timauus
Jam ſpacijs æquis aberant dum peruigil alas
Intempeſtiuum quatiens dominoq3 moleſtum
Perſtrepit hic leuo villæ de culmine gallus.
Mox baculo excuſſus mœſtum cantoribus omen

Præbuit.hinc nullo reſonātia littora cantu
Procuruoſq; ſinus tacitus ſequor.obuia tandem
Rura ſonora animum vocemq; ⁊ verba dedere.
Lætior illa lego.Smirnam ſub fine viuarum
Peruentum.cæcumq; ſenem.ſ; multa videntem
Cōuenio.iſq; ytalo miſſum vt cognouit ab orbe
Proſiluit dextramq; dedit.nemorumq; profundo
Accubitu ⁊ fuſca feſſum ſtatione recœpit.
Attonitumq; manu penetralibꝰ intulit vmbris.
Figo oculos ⁊ cuncta libens ⁊ ſingula circum
Viſa noto.cupidumq; fruor ſermone ſenili
Inſolitus.dīj qualem hominem quod diuite cœlo
Subtrahitis terræ ratum breue munꝰ egenti.
Hunc magni circum comites lætiſſima turba
Stabāt.Iuxta autem cunctis ſublimior vnus
Cui grege de toto ſupmus ceſſerat hyreus
Fortunas caſuſq; ducum regumq; canebat
Nec caſum tamen ille ſuū ſortemq; repoſtam
Nec triſtes interga canes inſtare videbat
Regibus attonſo flendus poſt fata capillo
Iuxta alter ſenio infractus iuueniliter alta
Voce canens.furere hinc dictus.ſ; voce furorem
Diluit.et falſo quæſunt crimine laudem.
Sacra ſacerdotes canit hic.Ille arma tubaſq;
Inde deum fauor inde virum per beſtia captum
Rura lupum ſaluūq; gregem.Iaculoq; lyraq;

Fretus et hinc clarus factis hinc cantibus alter
Altera ſolliciti laqueos cantabat amoris
Docta puella choris doctorum īmixta virorum
Cynnameus roſeo calamus cui ſemper ab ore
Pendulus.et dulces mulcebant aſtra querelae
Hanc choris late cunctata bachide notus
Hanc clarius caram ſuſpirans carmine lyden
Et quem cirenis genitum dedit affrica nilo
Hanc thenis ſamio paſtor ſtupet igne liqueſcens
Nec minus hanc noſtriq̧ procul miratur amantes
Voce omnes humili ꝛ q̃rula ſimul īpare cantu
Pone ſenex pueri in gremio vix mole ſoporis
Lumina preſſa mouens lenibat cantibus auras.
Mox ſiluit victus ceſſerunt carmina ſomno
Argutum dircaea palus amiſit olorem
Vidi ſidonio paſtorem rure profectum
Annua quem morbi vis extinctura diebus
Augeretalternum natalibus. Vltima donec
Vna animam doctoſq̧ modos abrumperet hora
Vnum ibi cecropij contemptum in gramine ſaltus
Ingenio rectum.claudum pede voce calenti
Sparthanos in bella canēs accendere vidi.
Vnum voce.parem ſummis per litora longe
Solum qui populo leges ꝛ iura dediſſet
Iamq̧ ſenex muſis operam daret vrbe relicta
Vidi aquilam calui circum volitare ſedentis
Orē caput pleno ſimul illum lumina campo

## Laurea occidens

Defixum immota meditantem carmina fronte
Vidi expectatum vt caneret dulcedine multa.
Obriguiſſe ſenem. vocemq; in faucibus imis
Arctatam. muſas animam rapuiſſe putares.
Sic cubito incumbens ſimiliſq; erat ore canenti
Phyſtula pallenti pendebat muta labello.
Hunc alius muſis qui paſtor amicior almis
Sed minus acceptus ſiluis. ⁊ victor vt arte
Iudicio ſic victus erat. de more ſolebat
Victorem ridere ſuū. ꝙ iudicis æqui
Carmen inops ꝙ fama vagis incertior auris
Vidi qui fixas raperet ſpes. aderet iras
Cogeret ad certam flammāti carmine mortem
Vidi alium ſiluis pulſum mox carmine dulci
Extinxiſſe odium. quod enim vim carminis æquet?
Temnere opes tanti cauſam preciūq; laboris
Vidi aliquos arteſq; bonas celebrare ſ; inter
Hos fuit ampla ſacri lege hac q̄ iura parentis
Stringeret hoc merito doctas laudaret athenas.
Vidi qui multo aſſiduus numeroq; ſuperbus
Lacte premens fragilem fiſcellam rumperet acri
Qui noua mactatis oneraret plauſtra iuuencis
Qui ſale terga boum tereret laniata rigenti
Et qui ſparſa ſedens paſtorum furta notaret
Biblida qui vetito cantaret amore furentem
Qui caneret ſolem ac lunam ſtellantiaq; arua
Scinderet ⁊ volucri cœlum ſignaret aratro.

Qui viuos p'ectro lapides aptaret ouili
Colle ſub aonio funeſtæ ad pabula ripæ
Quiq; paleſtrita ꝛ pictoꝛ pꝛimoq; ſub æuo
Cantoꝛ ad extremum curſorq; aucepſq; fuiſſet
Quiq; illi feſſo tandem ꝛ dormire parenti
Ex leuib' calamis puluinar ſtrauit amœnum
Quiq; truces cantu ſolitus mulcere leones
Juſticia ꝛ cythara inſignis venerabilis annis
Jncola ſiluaꝝ pꝛimus quem trachia vidit
Aeream dulci rodopen dum voce moueret
Pꝛæcipitem fidibus blandis dum ſiſteret hebrum
Huic duo ꝑ montes auritaq; rura canenti
Perpetui comites. dextræ germanus inhæret
Filius at leuæ. tegit illum linea veſtis
Jſte ſacer muſis plenum de fonte repoſcit
Atq; pium crathera patri porgebat anhelo
Deniq; graioꝝ latebꝛas. aſſyræq; vireta
Hebꝛeoſq; graues ꝛ carmine trita minaci
Gꝛamina ioꝛdanis peregrinaq; nomina luſtrās
Mollia rura arabum ſalis indiga ditia mellis
Affixuſq; oculis animoq; intentus vbiq;
Vidi alios atq; inde alios. non omnia paſſim
Viſa ſequoꝛ. Vidi ſicula regione creatum
Ac ſocios quib' horridulum cantare voluptas
Pꝛima gregem latebꝛiſq; minas vitare leonum
Quiq; alios ſupꝛa tenet oꝛtum a carmine nomen
Quiq; gregem calida gelid' male pauit in æthna

## Laurea occidens

Qui docet epheſios. Tyrios qui rumpere campos.
Docto ac altiſono diuulſus ab agmine tandem
Flector ibi vnum omnes nemoꝝ quem turpis habebat
Angulus ⁊ tenui ridebant paſcua nutu
Nudus vt ille iugis macidum raucumqꝫ canendo
Indignum magni p̄donis retulit aurum
Sꝫ quid ago: aut patrijs quorſum peregrinor abaruis
Doctior inde domum feſſo dum remige portu
Brunduſij egreſſo iuuenis placidiſſimus alto
Occurrens trepidam porrexit ab aggere dextram
Maternumqꝫ oſtendit auum. per rura iacentis
Apuliæ calabrumqꝫ nemus ſub valle galeſi
Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem
Pana virum video. Hec ſecum multa loquutus
Eminus aruncæqꝫ ducem populumqꝫ ſaluto
Moris aratores veteris. Quaqꝫ aufidus æquor
Fertur in adriacum patrio ſub ſole per vſtum
Libertum domineqꝫ lira gregibuſqꝫ placentem
Alloquor. Inde alius gelidi ſulmonis alumnus
Multa iocans longamqꝫ aciem ꝑ opaca latentum
Oſtendens digito. Fuſcos aperire receſſus
Tentauit fruſtra. Vultus denſiſſima nubes
Texerat ambiguos. Dubium vix murmur ad aures
Aura tulit. quantum in nobis obliuia poſſunt
Vnus in hoc numero gaudens ſe condere viuo
Fonte deus numerum fluuioꝝ arſiſſe puellas.
Aequoreoſqꝫ alius memorabat carmine noſtro

Inſuetum ceciniſſe deos. Aliuſqꝫ viciſſim
Montanum imparibus carmen variabat auenis
Hinc procul ⁊ latio et muſis cariſſimus afris
Fluctiuagoſqꝫ alius numerans ſub gurgite piſces
Aurea plectra apio cinctus viridante mouebat.
Hinc alius rutilumqꝫ crocum ⁊ candentia carpens
Lilia tum varios iungebat in ordine flores
Multa libens ſileo. Sꝫ iam mihi nota tenenti
Longa breui ſtringens aderat ſuſpiria cantu
Paupertas quem tuta iuuet. quem delius ardor:
Caluus amans alius reſtinctam carmine flammam
Flens quaſi ſupplicium. ꝓperataqꝫ tempora fati.
Accenſamqꝫ alius dubium romanus an vmber
Vmber erat variæqꝫ imnax ⁊ blandus amicæ
Notior inde alius fluuiali occurrit aquino
Turbidus aſpectu et ruralibus horridus armis
Arpinati alius ſilua cui pauper amictus
Victus inops ac difficilis ſed læta canenti
Frons erat ⁊ nullo vitæ turbata labore
Protinus hinc geminæ tangebant ſidera quercus
Unde ſalus pecori bis coutigit. Altera dextræ
Altera laus linguæ magnos breuis herba iuuencos
Fecerat. vna duos contexerat vmbra gigantes
Hinc quoqꝫ vidi alium campano carmina faſtu
Implentem et multum gracili ſibi voce placentem
Sic venerabundus dominantis limina romæ
Ingredior. ſtupor hic tremulam ſupp̄ſſit auenam

Laurea occidens

Pila inter triſteſq3 tubas ſtrepitumq3 rotarum
At ſtudio rerum latia dum demoror vrbe
Forte procul tenuem dubia vix aure ſuſurrum
Grandeui ſenis excipio doceorq3 paternis
Hunc primum ceciniſſe modis. audentior alter
Poſteriorq3 humili quamuis de ſtirpe parentum
Ortus et adriacum iuſſus migrare piſaurum
Poſt habuit quem tunc horrebant vndiq3 colles
Agreſtem ſummo imperio p̄ponere muſam.
Non veritus faciliq3 hedere ſummittere lauros.
Hic alienigenam ſeruū quem carcer honeſtus
Fecerat ingenuū multaq3 ornauerat arte.
Audiui cantare hominum moreſq3 doloſq3
Atq3 metus curaſq3 ſenū ⁊ iuuenilia furta.
Lenonumq3 artes. Jam tempore murmuris afri
Oblitum atq3 ytalo texentem pectine carmen
Hic cui religio ſilueſtris ⁊ inclita rerum
Copia. et ignoti nihil vſquam vt priſca ferebat
Fama ſed eſonides carmen cum vellere fuluo
Qui canit alciden. Qui theſea. Quiq3 cruentis
Fratribus in campum adductis ad mollia caſtra
Tranſfugit occultus blandumq3 cupidinis agmen
Reliquias qui troya tuas ⁊ fruſtra legebat
Meonio neglecta ſeni. Qui prole decori
Coniugio memori ſtudioſum ornauerat vſum
Qui menſas verſuq3 gregem laceraret edacem
Et qui laudatae caneret conuitia gentis

Partior hunc nono paſcebat caſeus anno
Hunc videas dextre rigidam geſtare ſecurim
Ornautem officij generoſo gutture pompam
Hunc grauitas illum cenſura ſeuerior offert
Hinc tenui vinclo pfugos qui nexuit annos
Sæcula pierio niſus cohibere furore
Pennatas muſas qui martia traxit ad arma
Punica dum latio ferueret in orbe pcella
Indixit qui bella feris ſiluaſq3 tumultu
Miſcuit apta vagis cudens venatib⁹ arma
Tramite qui largo troyanũ anthenora colles
Duxit ad enganeos. Nec non comitante marito
Bis raptam feſſis helenã qui reddidit argis
Phillida qui q̃rula Pheacũ qui voce latina
Luxuriem moreſq3 canit. Quiq3 hectora ſupra
Ylion euerſumq3 troiamq3 aſtirpe reuulſam
Quiq3 nurum dotemq3 ioui cõuexit opimam
Linquo ſenem qui diſcipulum per prata ſonoꝝ
Heſperiamq3 tubam docto conflauerat ore
Linquo virum fortem poſita qui caſſide mœſtus
Sed iuſſus plenuſq3 iræ ſaliebat honeſtæ
Unde alium domini vidi meruiſſe fauorem
Uidi qui quotiens libuiſſet ferrea blando
Pectora molliret cantu. lachrymaſq3 moueret
Hic quoq3 nam memini miſerum ſolabar amantem
Amentemq3 magis cui ius erat ampla canore
Uocis et ingenij magnus ſub pectore torrens

# Laurea occidens

Eſt amor exitio paſtorum publica peſtis
Blandus vbi immitem peperit furor ille furorem:
Forte oculos auidumqꝫ animum ſeptena per antra
Nobilibus famoſa iugis ⁊ opaca mouenti
Collis vbi archadiæ celeberrima carmina nympha
Arte patrum curas fugitiuaqꝫ verba ligarat.
Monſtratur.celſoqꝫ virens inuertice laurus
Admonuit noſtræ ⁊ dulcem renouauit amorem
Tum frondoſa ingens ramis altiſſima fagus
Optatamqꝫ gregi gregis ac ductorib⁹ vmbram
Fundebat volucrum ſedes aptiſſima nidis.
Aſſiduūqꝫ ſonans varioqꝫ exercita cantu
Atqꝫ hic multa iubens eſede verendus acerua.
Formoſuſqꝫ gigas lucum omnem fronte ſerena
Et paſtorali vis maieſtate regebat.
Ocia ni deſint nulli vſquam voce ſecundus
Dulciter ille quidem q̃ꝫq̃ꝫ rauceſcere curis
Muſa ſolet.ſed rara canens.fronteſqꝫ canentum
Exornans niueis vittis.⁊ frande perhenni.
Ille vbi paſtoris ꝓperatum funus amati
Fleuit inexplicitum carmen mandaſſe duobus
Fertur.⁊ anguſta limam ſub lege dediſſe;
Iuſſo alacres inſtare operi.rerumqꝫ ſuarum
Immemores aliena manu tractare magiſter.
Conſpiceres.laudemqꝫ alij ſibi velle laborem.
Tres nemorum dominos ⁊ eadem ceſpite muſis
Intentos gregibuſqꝫ ſimul ſpectare decorum

Dulce fuit. Quorum vnus iter cantabat acuta
Voce ſuũ. niger ille oculos geſtuq; venuſto
Paſtoꝝ pauor at ſtimulus. Contra ille ſecundus
Totus amor placida doctus nil fronte negare
Tercius inpexis æſtus ⁊ frigora ⁊ hymbres
Aſſuetus perferre comis qui multa videndo
Omnes ambierat ſiluas cigueaq; ſerum
Carmina iam ꝓperans vicina morte canebat
Longe ibi tranſfluuium regum inter buſta ſeorſum
Vnus erat rutilus diuini ruris arator
Qui pinguem ſcabro ſulcabat vomere campum
Huic comes hinc prudens hinc ſedulus alter aranti
Certabant rigido glebas cõuellere raſtro
Terra ferax feſſiq; boues ⁊ laurea nuſquam
Nuſquam hederæ aut mirtus. viridis nan gloria ſerti
Non ſtudium muſæ fragilis vox area ſacro
Fonte recens atq; alta domus. Tum pinea late
Silua virens dulceſq; oleæ gremioq; decorum
Clara fouens roſeo puerum ſtat limine virgo.
Hic matrona fuit hortis quæ lecta remotis
Vimineis calathis templo aurea poma ſacrauit
Mira loquar ſupraq; fidem. ſꝫ carmina vidi
Hic hominis pariterq; aquilæ bouis atq; leonis
Hyſpanum noſtra modulantem voce iuuencum
Procedo iam ruris opes viſurus etruſci.
His mihi tũc lterris iuuenis fuit obuius altis
Cultor agri rigidus Patriæq; in mœnib⁹ alter

Lenior ad ſterilem verſando expertus arenam.
Cuncta dehinc inculta iacent. aduerſa ſed inter
Imus adhyſpanos cultus. eſt corduba teſtis
Ciuis et alta canens ad ſolem vertice nudo
Nil patrij ſermonis habens. nil frontis hyberæ
Teſtis et emerita eſt et bilbilis atq; vadoſis
Gadibus ora tepens noctem quæ ſera diemq;
Vltima ſurgentem ſolem videt atq; cadentem
Hinc ego burdegalam repetens in littore cerno
Equor vbi ambiguū refluo ferit amne garumna
Multiloquum magnumq; ſenem quem templa vaſati
Nominis auſonij dederant. Vrbanior inde
Vnus aquis vbi feſſus atax languentibus exit
Occupat eloquio. Notus procul ille lariſſe
Notus apud thebas. Sed enim tyberina latine
Docti omnes per rura loqui. Tuq; inclita narrabo
Carmina piſcoſo referens accepta benaco
Sum nimius ſed viſa trahunt. ignoſce tenentq;
Dulcia poſtremo tuguri vix limina parui
Orbe peragrato et laurum mea regna reuiſi.
Vndiq; cōuectis ornās reor artibus illam Soc
Longus ero ſi cuncta ſequar ſic illa parentis Sil
Naturæ ⁊ noſtro fuerat ſufflata fauore
Vt neq; dodonam nec cretam iuppiter illi
Nec venus ydaliam aut amathum eurotamq; dyana
Nec delon cyrrāq; ſuam p̄ferret appollo
Ille quidem aſſiduo repeto volucreſq; ſagittas

Atq; arcum pharetramq; agilem citharamq; ſolebat
Illuc ferre ſuam ramoq; aptare virenti
Neſcio quid fateor ſocrates tamen omnia noſti
Diuinum ramis inerat per gramina circum
Ludere amadryades paſſim nymphasq; videres
Hanc ſuperum rapido dum fulmine rex quatit orbem
Liquerat intactam ſolio veneratus ab alto
Romuleã vidi ſobolem pulcemq; ſuperbam
Imperio ⁊ trabeis ſacras hinc carpere frondes
Vidi hominum genus argutum doctumq; canendi
Eſſe ſub hac cupide ⁊ rariſſima texere ſerta
Ipſe ego quid longus quid non valet improbus vſus
Edidici variare modos ac multa per herbam
Sed non magna canens demũ me frondibus hiſdem
Exorno. celſos poteram nec prendere ramos.
Ni ſublatum humeris tenuiſſet maximus argus
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia læta
Paſtorumq; fauor multus. colleſq; per omnes
Illicet ignoſci incipio digitoq; notari.
Laurea cognomen tribuit mihi laurea famam
Laurea diuitias. Fueram qui pauper in aruis
Diues eram in ſiluis. nec me fœlicior alter.
Sed lætum fortuna oculo conſpexit iniquo.
Forte aberam ſiluaſq; ieram ſpectare vetuſtas
Peſtifer hinc eurus hinc humidus irruit auſter
At ſtratis latæ arboribus mea gaudia laurum
Extirpant franguntq; truces. terræq; cauernis

Brachia ramorum frondeſqꝫ tulere comantes:
Hei mihi quo nunc feſſus eam: quibus anxius vmbris
Recreer: aut vbi iam ſenior noua carmina cantem
Illic notus eram. Quo nunc vagus orbe requirar
Quæ me terra capit: potes ad tua damna reuerti
Infœlix. ſparſaſqꝫ ſolo conquirere frondes.
Et laceros ramos et iam ſine cortice truncum
Amplecti. lachrymiſqꝫ arentia membra rigare.
Ibis. an ignotas fugies moriturus in oras:
Infauſtum viuaxqꝫ capud dulciſſima rerum
Spes abijt. quid vita manes inuiſa fruenti:
Quid fragilis lentuſqꝫ dolor præcordia verſas:
Pertimui lõgæqꝫ aliud te flere putaui. Soc
Heu heu parua igitur flendi tibi cauſa videtur Sil
Nulla quidẽ potius. lachrymoſis parce q̃relis Soc
Eſt dolor vſqꝫ loquax. Laurum non eurus et hauſter
Sed ſuperi rapuere ſacram. et fœlicibus aruis
Inſeruere dei. pars corticis illa caduci
Oppetijt. pars radices viuacior egit.
Eliſioſqꝫ nouo fœcundat germine campos
Vidimus his oculis ſuperos ſiluanæ verendos
Leniter auulſam meliori in parte locantes
Vidiſti: an mœſto ſolamen fingis amico Sil
Vidi equidem et cõperta loquor. Veſtigia ſupplex Soc
Conſequere ac precare aditum verbiſqꝫ caueto
Inuidiam conflare deis. quod honeſtius opta
Tranſire in terras vbi nunc tua gloria viuit.

Hij faciunt p̄cor ecce humilis ſemperq̄ p̄cator Sil

¶ Explicit laurea occidēs. Eeglogæ vndecimæ titulus eſt Galathea. Colloquutores nyobe fuſca et fulgida

Dic ſoror ad tumulū gelidiq̄ ad ſaxa ſepulcri Ny

Quid lachrymis alimēta pet' germana q̄d optas Fu

Eſt gemitus magni ſolamen grandis doloris Ny

Afflictamq̄ animam releuant ſuſpiria quæſtus.

Enecat artatus mentem dolor. optima mœſti

Pectoris eſt medicina palam lugere. fuiſſet

Idem animus ſemper. nunq̄ hæc p̄cordia torpor

Verteret in ſilicem. nocuit tacuiſſe dolenti.

Mitto autem. cupidam modo duc vbi copia flendi

Carpe iter hac qua nodoſis īpexa capiſtris

Colla boum crebraſq̄ canum ſub limine paruo

Videris excubias giluoſq̄ ad clauſtra moloſſos

Ille locus tua damna tegit. Jamq̄ aſpice contra

Hic galathea ſita eſt. qua nil natura creauit

Pulchrius in terris. niſi nos amor vſq̄ fefellit.

Depone hic quodcūq̄ p̄mit complectere buſtum

Oſcula fer ſaxis. Vmbræ dic verba ſilenti

Heu nimis arcta domus. tanto domus arcta dolori Ny

Hæc ſedes galathea tibi eſt quam fulgere cernens

Sol ſtupuit. faſſuſq̄ parem faſſuſq̄ ſubinde

Maiorem attonitus ſerum ſeſe abdidit vndis.

Hæc ſedes galathea tibi. Vos ſidera cœlo

Statis. In occiduo ludis themone boetæ.

Juppiter ore poli luſtras cōuexa ſereno.

Is gelidus cum falce ſenex. Armatus orion:
Luna vices peragis ſolitas. Volucerq; deorum
Interpres. Nomenq; venus poſitura viciſſim.
Hic pallens galathea iaces iam terra ciniſq;
Iam nihil ætherea niſi forſan ſpiritus arce
Viuit. et inde videt flentes tranquillus amicas
Nil mihi reſpondes animæ pars altera noſtræ
Optima pars eadem. dextras adhibite precanti
Siqua fides mundo eſt pietas ſeu priſca ſuperſtes
Heu lapidem infeſtum qua nūc ſoror arte reuoluam
Irruam inamplexus. figam oſcula dulce cadauer
Hoc referam moribunda ſinu. fotumq; ſacellis
Inferam ⁊ arcanis durum penitralib⁹ addam
Addam perpetuos celebret quos mundus honores
Virgineos addam cœtus. rituſq; verendos
Et ſua ſacra deæ. nec fax nec carmina deerunt
Fœmineas longe lateq; ſonātia laudes.
Heu mihi p̄duꝝ lapidem graue pondus inerſq;.
Deficio ſubfaſce ſoror. nitenſq; fathiſco.
Surge ſoror ſurge. ſacrumq; cadauere corpus Nu
Cōmaculare caue. placcāt p̄ſentia fruſtra
Præteritū expectes. Tuta eſt obliuio amanti.
Nempe heſterna dies vlla nequit arte reuerti
Mors adimit curas. mors omnia vincla reſoluit
Iam ſatis eſt fletum. noſtros mors fregit amores.
Fregiſſetq; vtinam noſtros mors æqua labores Ny
Speraui. ꝓpe nam ſteterat. miſeramq; fefellit

Viuo ſed infœlix.et luctus ſeruor in omnes.
Parcius en leuo triſtis tibi fulgida calle Fu
Aduenit.⁊ tacita caſtigat fronte q̄relas
Quid miſere cæceq; animi mortalia fletis Ful
Tam grauiter? quid fles noyles: quin incipe vitam
Scire pati quamcūq; dedit ſors dura.dabitq;
Et me torquet amor deſiderioq; meorum
Permoueor.ſ; quid facias.arma irrita calces
Aduerſus ſtimulum.melior paciencia preſſis
Multa ſibi facit ipſe animus leuiora ferendo.
Qoid gemit? moritura fuit galathea deinceps
Immortalis erit ꝓprio tabeſcere damno
Non amor.alterius ſortem lugere ſecundam
Inuidia eſt.quantum nobis deceſſerit omnes
Scimus.et ingrato quantum deceſſerit orbi.
Sed ferimus.vos deſinite ac meliora tenentem
Suſpicite.⁊ cœlum terris optate relictis.
Fabula.quis alis cœlum terreſtria prendent? Fu
Aethereis.ſic terra ſuū ſic aſtra repoſcunt Ful
Credulitas vulgata quidem.nos certa ꝓbamus Fu
Fuſca locis ymis habitas.nos ſumma tenemus Ful
Et cœli terræq; ſitum ſpeculamur ab alto
Ambages veteres ⁊ inenodabile verum Ny
Mittite.⁊ integram venturis tradite litem
Fulgida quin potius muſas nam noſcis agreſtes
Dic titulum buſto.relegat quem ſerior ætas.
Sic liquit galathea ſuū pulcerrima corpus Ful

Galathea

Libera iamq; polos & regis tecta tonantis
Ipſa quidem ſuperumq; choros menſaſq; frequētat
Mors roſeos artus mors candida colla genaſq;
Sideriosq; oculos tetigit vultuſq; serenos
Obſcura dimerſit humo. mortalia quiſquam
Diligat. aut ſperet ſtabiles hic figere plantas
Quid gen⁹ aut ꝓbitas quid opes quid forma quid aetas
Quidue decens cult⁹ quid gloria nominis ingens
Omnia cōtigerant man⁹ abſtulit omnia mortis
Nuda domum repetēs e carcere fugit amato
Nuda quidem minime quam gloria veſtit amict⁹ Ny
Clarior aſſidue longiſq; recentior annis.
Hanc quaecūq; ſibi vultuq; animoq; per aeuū.
Aut cantu aut ſermone placens cupienſq; placare
Deferet ante oculos hanc nos dum ſpiritus iſte
Artubus haerebit miſeris & viuere coget
Hanc vel apud manes nebuloſaq; flumina laethes
Exemplarq; pudiciciae formamq; decoris
Corde ſub hoc ſemꝑ memori pietate feremus.
Tum noſtro galathea tuū de pectore nomen
Exibit fugient ꝓprijs dum ſedibus aſtra
Mellis ades ſtgdium linquent nidoſq; columbae
Coniugium turtur. praedam lupus. arbuta caprae
Cuſtodita dolos mulier. mendacia ſeruus

Galathea explicit Aeglogae decimaetciae titul⁹ E

Cōflictatio Collocutores Multiuol⁹ et Volucer

Quae noua fers volucer q̄ſnā ſtupor vñ vehis te Mul

Arduus intenero pingues per gramine tauros
Et molles paſcebat oues pan maximus olim
Paſtoꝝ. ⁊ ſilua late celeberrimus omni
Fauſtula quem cōplexa ſinu mulcente foucbat
Viderat hunc craſſa gelidaqꝫ ſub ylicis vmbra
Arthicus armipotens. ſecūqꝫ hæc turbidus ira.
Hunccine perpetua gaudentem pace videbo?
Securoqꝫ ſinam reſupinum ſtertere ſomno?
Si ſatis hanc noui dextramqꝫ erexit in altum.
Excutiam madida cerebri de ſede ſoporem
Dixit. ⁊ omne fretum refugaſqꝫ exterruit vndas
Horridaqꝫ extremis voxeſt audita britānis.
At ſonitu ingenti penitus torpore fugato
Pan caput abſtulerat. gremioqꝫ innixus amicæ
Multa prius ſecum frendens ac multa volutans.
Vnde, ait iſta tibi tam inſulſa ſupbia demens?
Vnde furor? neſcis vires ſtolidiſſime noſtras.
Spernis opum cumulos. ſpectatos ſpernis amicos
Experiere quidem. ſerum tentaſſe dolebis
Fidus auariciæ nunqꝫ cōtinget amicus
Ille refert. at diuitiæ ſunt premia belli.
His ne putes tardare nimis. incendis ⁊ vrges
Deſine. nec ventos nec turgida verba timemus
Eſt anim⁹. ſunt arma mihi. dubiiſqꝫ probatum
Pectus amicorum. Sunt qui tibi terga iubente
Ne feriant. dextrumqꝫ premāt latus atqꝫ ſiniſtrum
Ipſe genas frontemqꝫ manu baculoqꝫ rotundam

Non tibi par animus. non eſt manus apta duello
Pan timuit flenteſqꝫ oculos hinc aſpicis atqꝫ hinc
Intonſis inſtare ferox paſtoribus agmen
Subſtulit horrificam vocem qua flumina et agri
Et mare vicinum infremuit colleſqꝫ remoti.
Ac procul aeriam clamor peruenit ad alpem
Undiqꝫ cōueniunt ⁊ qui per frigida tempe
Herbiuagos aluere greges armentaqꝫ belli
Grata deo. et qui lanificæ dilecta mineruæ
Et qui frondipetas nemoroſo monte capellas
Blandilegoſqꝫ ſues ⁊ amantes prata iuuencos
Turba ingens. vnoqꝫ omnes in gurgite tandem
Sordidulam lauere pecus. qua rura ſecanti
Dux italus fluuio dedit aurea cingere templa
Tot deerant alimenta viris. niſi pana virili
Fauſtula ſollicitum curarum parte leuaſſet
Nam grege de magno. decimum largiſſima quemqꝫ
Obtulit. atqꝫ famem ſedauit pinguibus ædis
Ah meretrix obliqua tuens ait arthicus illi
Immemorem ſponſi cupidus quam mungis adulter
Hæc tua tota fides. ſic ſic aliena miniſtras
Erubuit nihil auſa palam niſi mollia pacis
Verba ſed aſſuetis noctem complexibus egit
Et tacitam ſummiſit opem mulierib⁹ ardens
Atqꝫ imbuta odijs occultas ruminat iras.
At gelido ſtat flamma metu. Jam brachia vterqꝫ
Paſtor ad ambigui certaminis orſa parabat

Jam ſtudiis aduerſæ acies iamq; arma fremebant
Quæq; ſuos vocat ore deos. hæc mœnia troyæ
Arcturumq; canit. pugilum canit illa labores
Moſtriferumq; refert karolum. Tum iurgia labæ
Jactantur: toto volitant cōuicia cœlo
Pan fraudes penſiq; nihil fandiq; piiq;
Nota ꝙ infamis teſtetur fabula caudæ.
Obicit. exiliiq; locos ⁊ inhoſpita teſqua
Hoſtibus humani generis linguæq; trementis
Barbariem. ⁊ rauco crepitantia v̄ba palato
Jlle autem tibi v̄ba placent. mihi facta relinque:
Et tamen expediam nodoſa volumina linguæ
Et loquar ecce aliquid. faciet res ipſa diſertum
Te ne tegis digito:' periuria furta rapīas
Nouim⁹ oppreſſos homines cluſa deoꝝ
Numina quæ dignas tandem me vindice peñas
Expoſcunt orantq; preces. lachrymæq; perorant
Quas anus infœlix mulier miſerabilis expes
Pollicitis decœpta tuis noctiſq; dieſq;
Fundit ⁊ ingratum queritur deſerta nepotem.
Serua canum. tu prima quidem tu ſumma maloꝝ
Cauſa negas:' Sceleꝝ ſemꝑ tu ꝑfidus auctor
Jnduis arma fremens. eadem mox abiicis arma
Jlla gemit. ſurdumq; vocat. non irrita iuſto
Spes vbi nulla tui eſt mittens ſuſpiria cœlo:
Mater et ipſa dolens rogitat miſeræq; ſorori
Jncrepitās te poſcit opem. fratreſq; ſuperbo

Affuſi mœſtiq; greges.ſiluæq; precantur.
Quem nō mouiſſent.ſed inexorabilis vnus
Durus inhumanus ferus horrens deſpicis omnes
Quid tamen officio retrahit niſi pectoris ardor
Impius & fului ſitis importuna metalli.
Scilicet attonitus fulgenti incumbit aceruo
Hinc ſtupor ille oculis.hinc illa obliuio menti
Cæleſtum atq; animæ.ſ; quem tibi crimina finem
Promittūt.audi.nam ſæpe illuſtria multum
Multum animos exempla mouent.In flumine tuſco
Paſtor auarus erat.quem par ſitis impulit æqui
Fœderis oblitum patrios tranſcendere ſaltus
Occidit is merito.grauis at contagia culpæ
Immeritum parili traxerūt turbine natum
Infauſtumq; gregem innumeris texere ſagittis
Nunquid ſi fidei vel ſi memor ille decoris
Partius aut ſitiens tanta cum ſtrage ſuoꝝ
Aſſyrias guſtaſſet opes auriq; ſaporem.
Articus hæc torrens.Motus pan talia contra
Si vacat exemplis tempus dare.Sæuus coꝝ
Paſtor ad eufraten fuerat cui ſanguine fuſo
Eſſet inhumanum ſitienti horrenda voluptas.
Ille ferox ſimiliſq; tui confinia rario
Seuitia ſtimulante pari dum deſpicit ampli
Incuſtoditos viduæ tranſcendit in agros.
Incautumq; neci natum dedit anxia mater
Omnem continuit fixa ſub mente dolorem.

Euomuitq; ſimul. paſtoꝛ temerarius ictu
Fœminei mucronis obit truncuſq; gelato
Non auꝝ bibit oꝛe nitens ſꝫ pocula martis
Concretam ſaniem et tepidum de cæde cruoꝛem
Ergo age quādo pares exemplis arthicꝰ infit.
Brachia tentemus. ſuccedāt verbera verbis.
Quid modo colcoꝝ volucres oꝛientis odoꝛes.
Quid ve gulæ ⁊ ventris irritamenta capacis
Omnia. quod pelago vehemens echinus. inerſq;
Rumbus. ⁊ oꝛnati ſquamis rutilantibꝰ olim
Ferreus aurata quos fixerat hamus arena
Sub uenetis dam merſus aquis. quod vulnere crebꝛo
Siqua vel hyſpano natat ingens belua ponto
Vel libycis iactata vadis peregrinaq; noſtra
Profuerint. quod palmitibus ſeu dempta falernis
Seu ligurum decerta iugis ardentia vina.
Quæq; ferat gemino tranſmiſit colle veſeuus
Dolia p̄cipiti rapidum ſpumantia muſto.
Quæq; dedit meroe ſoli ſubiecta ꝓpinquo:
Præterea quod lenta quies quod mollis in vmbꝛa
Et ſapoꝛ et rauci per floꝛea gramina fontes.
Omnia in exitium vertent ⁊ blanda voluptas
Conficiet bellum. Mulier tua ſola iuuare
Te volet. et poterit. validum pꝛius ægra leonem
Sternet ouis. pꝛius armigeꝝ philomæna tonantis
Vicerat. ille autem quoꝛſum per iurgia tandem
Quid mecum cōmune tibi. nil arthicus inquit.

### Conflictatio

Nil tecum cōmune mihi.nam iudice fato
Deſtituūt victum victorem cuncta ſequūtur.
Huius vim arbitrium non noſtra ſpo nte venimus.
Tu cogis.tu iuſticiæ contemptor et æqui.
Quem cæcum fortuna facit.pariterq; ſuperbum.
Quid tua nunc numeras:tumidos quid voluis ocellos
Undiq; venturos iam iam tibi fingis amicos
Obſtruxit tua fama vias.In tempore iuſſi
Tum mihi crede aderunt lentus dum voce ſub vna
Gramine caucaſco paſtus bibet agnus hyberum
Hæc dicens mediæ pedibus iam ſtagna paludis
Frangebat pan contra.aditus et ouilia ſepſit
Vepribus.et fluuio circūdedit antra ſequaci
Tranſierat ſubitoq; ingens per rura tumultus
Exoritur.tuum fateor.meq; inde recepi.
Panaq; turbatum penituſq; per auia liqui
Soliuagum.mox ambigua dum mente reflector
Heu victum vinctumq; graui ſine mora catena
Proſpicio trans ſtagna rapi.non libera cœlo
Brachia.ſed mœſtæ rorantia lumina frontis
Tollentem.ac tales iactantem in nubila quæſtus
Cernitis hæc ſuperi.ſeu quid nam interuenit vmbræ
Cæca rotat fortuna fidem.regit omnia fatum.
Nec in rebꝰ ſpem certam pone ſecundis.

Viri p̄clariſſimi atq; poetæ īſignis Frāciſci petrarchæ de florētia Romæ nup̱ laureati bucolicū carmē Jmp̄ſſum Dauētriæ. Anno dn̄i.M.cccc xcix.Octaua Januarij.

8221-24.


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
mm
0 1 2 3 4 5 6